(XV/3) E. 176.

(Daunou 201)

Iunianus Maius parthenopeus Hieronymo Carrafiæ meo
Saluté. C. Pli. ſecundũ ſupioris nepoté iam pridé emédatio
rem efficere cupiebã: demum ut id conficerem impuliſti. Ni
hil eſt enim quod pro tua in me ſingulari beniuolentia in
hac re preſertim honeſtiſſima: quod non auidiſſime exeque
rer. Cui præter tuæ familiæ genus inclytum: etiam littera-
rum ſtudia: quod certiſſimum humanæ uitæ præſidiũ ſem-
per duxiſti: magnam faciunt acceſſionem. Neq; in tanta li
brorum copia quam ex germanorum ſolerti nuper inuen
to: noſtra tulit ætas: hic erat ſupprimendus. Dedi tñ ope-
ram ut incorrupti codices imprimerentur: nequid incurio
ſa poſteritas: tanti operis fraudaret autorem. Eſt opus pro
fecto ſupraq̃ epiſtolarum ratio capit uarium & abſolutum
ut nunc hyſtoriæ partes aſſequatur: aut in deſcribendis lo-
cis: aut narrandis geſtis quorundam: aut rebus depingédis
ubi plurimum ſibi gratiæ uendicauit: Nunc ſe in oratoriã
ſublimitatem extollit: ut quantus in ſuis actionibus appa-
ruerit: liceat coniectari. Vbiq; ſanctiſſimis præceptionibus
grauiſſimiſq; ſententiis diſperſus: ut nullam humanæ uitæ
partem q̃optime non inſtituerit. Et q̃tum in laudandis offi
ciis copioſus & magnus: tantum in accuſandis pſequédiſq;
flagiciis acer & uehemens. In conſolando dulcis & exquiſi
tus: in admonendo liber: interdum ſalibus iocatur: ubiq; re
ſtrictus & accuratus. Et qui magis Demoſthenis argutam
denſitatem effingat: q̃ Ciceronis amplitudinem imitetur.
Cuius quidem (ſi ſemel leges) laudabis eloquentiam: ſi ue
ro iterum acumen deprehendes & admiraberis: ſin autem
(ut tuus eſt mos) aſſidue: ſemper te artificioſa docebit uari
etate: incredibiliq; iucunditate delectabit. Vale.

demostenis argutã densitatẽ
Ciceronis amplitudinẽ.

DE PVBLICATIONE EPISTOLARVM PLINII .LIBER PRIMVS INCIPIT.

GAius plinius ſecundus ſepticio .s. frequēter hortatus es:ut epiſtolas:quas paulo accuratius ſcripſiſſem: colligerem publicaremque. Collegi nō ſeruato temporis ordine. Neqꝫ enim hyſtoriam componebam .ſed ut quæqꝫ in manus uenerat .Supeſt ut nec te conſilii : nec me pœniteat obſequii ita enim fiet:ut eas quæ adhuc neglectæ iacent: reqram.& ſi quas edidero non ſupprimam. Vale.

¶ De exhibitione libri Plinii Epiſtola ſecunda incipit

GAius pli.Adriano ſuo.s.Quia tardiorē aduentū tuum proſpicio : librum quē prioribus epiſtolis ꝓmiſeram:exhibeo.Hunc rogo ex conſuetudine tua & legas & emēdes :eo magis ꝙ nihil ante pæque eodē ſtilo ſcripſiſſe uideor.Temptaui enim imitari demoſtenem ſemper tuū Caluū nuper meū figuris duntaxat orationis. Nam pauci uim tantorū uirorū(quos æquas)adſequi poſſūt.nec materia ipſa huic(uereor ne improbe dicā) æmulationi repugnauit.Erat enī prope tota in cōtentione dicendi. quod me lōge deſidiæ īdormientē excitauit. ſi modo is ſū ego:qui excitari poſſī . Non tamen omnino .Marci noſtri ληκυθους fugimus . quotiēs paulū itinere decedere nō ītēpeſtiuis amœnitatibus admonebamur:acres enī nō triſtes eſſe uolebamus. Nec eſt ꝙ putes me ſub hac exceptione ueniā poſtulare. Nam quo magis intendā limam tuam cōfitebor:& ipſū me & cōtubernales ab editione non abhorrere:ſi modo tu fortaſſe errori nr̄o albū calculū adiecerīs.Eſt enī plane aliqd edēdū (atqꝫ utinā hoc potiſſimum



quod paratū eſt:audis deſidiae uotū)edendum autē explu
ribus cauſis: maxime ꝙ libelli(quos emiſimus) dicūtur in
manibus eſſe:q̄uis iam grām nouitatis exuerint:niſi tñ auri
bus noſtris biblyopolæ blādiunť.Sed ſane blandiātur dū
per hoc mendatiū nobis ſtudia noſtra comēdent.Vale

¶ Vt cannius ſe ſtudiis dedat. iii

GAius pli. Cannio .Rufo.S.Quid agit.Comum
tuæ meæq; delitiæ? Quid ſuburbanum amœniſſi
mū? Quid illa porticus uerna ſemper? Quid platanō opa
ciſſimus? Quid euripus uiridis & gemmeus? Quid ſubie
ctus & ſeruiēs lacus? Quid illa mollis & tamen ſolida ge-
ſtatio? Quid balneum illud quod plurimus ſol implet &
circuit? Quid triclinia illa popularia? illa paucorum? Quid
popinæ? Quid cubicula diurna:nocturnaq;:poſſidēt te et
per uices partiuntur? an ut ſolebas intētione rei familiaris
obeundæ crebris excurſióibus auocaris? Si poſſidēt:fœlix
beatuſq; es: ſin minus unus ex multis. Quin tu iſtas hūi
les & ſordidas curas: & aliis mandas:& ipſe te in alto iſto
pinguiq; ſeceſſu ſtudiis aſſeris? hoc ſit negotiū tuū:hoc oci
um:hic labor:hec quies:in his uigila: in his etiam ſomnus
reponatur:effinge aliqd & excude:quod ſit ꝑpetuo tuum.
Nam reliq̄ reꝝ tuaꝝ poſt te alium atq; alium dominū ſor
tientur:hoc nūq̄ tuū deſinet eſſe ſi ſemel cœperit.Scio quē
aīmum:quod horter ingeniū: tu modo enitere ut tibi ipſi
ſis tanti quāti uideberis aliis ſi tibi fueris.Vale.

¶ De rebus utrinq; perfruendis iiii

GAius pli .pomponiæ celetinæ ſocrui.S.quantum
copiaꝝ in otriculano: in narnienſi: in carſolano
in peruſino tuo:in narſiēſi uero etiā balneum exēplis meis
Nam iam tuis opus non ē una illa breuis & uetus ſufficit.

Nó me hercule tam mea ſunt:quæ mea ſũt:q̃ quæ tua hoc tam̃ differunt:ꝙ ſolicitius & intẽtius tui me:quã mei excipiunt.Idem fortaſſe eueniet etiã tibi: ſiquõ in nr̃a diuerteris: quod uelim facias:primũ ut perinde nr̃is rebus ac nos tuis perfruaris:deinde ut mei expgiſcant aliquãdo:qui me ſecure ac ppe negligenter expectãt. Nam mitium dñoꝝ apud ſeruos:ipa conſuetudĩe metus exoleſcit: nouitatibus excitãtur:pbariq; dñis p alios magis q̃ per ſe ipos laborãt. Vale

ℭ De prauis reguli modis.

GAius pli.uoconio romano ſuo.S Vidiſti ne queꝗ̃ Marco regulo timidiorẽ : humilioreue poſt domitiani mortem:ſub quo non mĩora flagitia commiſerat:q̃ ſub nerone:ſed rectiora:cœpit uereri ne ſibi iraſcerer .Nec fallebatur.iraſcebar. Ruſtici aruleni periculũ fouerat: exultauerat morte:adeo ut librum recitaret:publicaretq;:inquo ruſticũ inſectatur:atq; etiam ſtoycoꝝ ſimiã apellat adiicit uitelliana cicatrice ſtigmoſũ : agnoſcitis eloquentiã reguli lacerat herenniũ ſenecionẽ tam intẽperanter qdem ut dixerit ei metius carus:qd tibi cum meis mortuis? nunqd ego aut craſſo aut camerino moleſtus ſum? quos ille ſub nerõe accuſauerat Hæc me regulus dolẽter tuliſſe credebat:ideoq; etiã cum recitaret librum nõ adhibuerat : præterea reiniſcebatur q̃ capitaliter me ipm apud centumuiros laceſſiſſet ? aderam arionilæ timõis uxori rogatu aruleni ruſtici: regulus contra nitebamur nos in parte cauſæ ſentẽtia mecii modeſti optimi uiri:is tunc in exilio adomitião erat relegatus Ecce tibi regulus: quero inqt ſecunde quid de modeſto ſentias? uide quod periculum ſi reſpondiſſẽ bene:quod flagitium:ſi male(nõ poſſum dicere aliud:tum mihi q̃ deos affuiſſe) reſpõdebo inquam qd ſentiam ſi de hoc centũuiri

iudicaturi ſunt. Rurſus ille quero quid de modeſto ſetias? iterũ ego: ſolebant teſtes in reos indemnatos interrogari: Tercio ille. nõ iã quid de modeſto: ſed qd de pietate Modeſti ſetias? queris inquã quid ſetiam? at ego ne iterrogare qdem eſſe fas puto de quo pnũciatum eſt: conticuit. me laus & gratulatio ſecuta ẽ: q nec famã meam aliquo reſpõſo utili fortaſſe: inhoneſto tñ leſeram: nec me laqueis tam iſidioſæ iterrogatiõis inuoluerã. Nunc ergo conſcientia exterritus apprehendit cecilium celerẽ: mox fabium iuſtũ: rogat ut me ſibi recõcilient: nec cõtentus peruenit ad ſpurinã huic ſuppliciter (ut ẽ cum timet) & abiectiſſimus. Rogo inquit mane uideas pliniũ domi: ſed plane mane: nec enĩ ferre diutius ſolicitudinẽ poſſũ: & quoquomõ efficias ne mihi iraſcat. Euigilaueram: Nuntius ait ſpurina: uenio ad te imo ego ad te: coimus in porticum liuiæ cum alter ad alterum tenderemus exponit Reguli mandata: addit preces ſuas (ut decebat optimũ uirum pro diſſimillimo) parce inqens: Cui ego: diſpicies ipſe quid regulo renũciandũ putes: te decipi a me non oportet. Expecto mauriciũ (non dum enim ab exilio uenerat) ideo nihil alterutram in partẽ reſpondere tibi poſſũ: facturus quicqd ille decreuerit: illũ enĩ eſſe huius cõſilii ducem me comitẽ decet: Paucos poſt dies ipſe me. Regulus cõuenit in prætoris officio illuc me pſecutus ſecretũ petit: ait timere ſe ne aĩo meo pœnitus ĩhereret quod ĩ cẽtumuirali iuditio aliquãdo dixiſſet cum reſpõderet mihi & ſatrio rufo: Satrius rufus cui nõ ẽ cum Cicerõe æmulatio contẽtus ẽ eloquẽtia ſecundi: nñi. Reſpõdi nũc me intelligere maligne dictum: quia ipſe cõfiteret. cæterũ potius ſe honorificum exiſtimare: ẽ enim inquã mihi cum Cicerone æmulatio nec ſum cõtẽtus eloquẽtia ſæculi nñi

Nam ſtultiſſimū credo:ad imitandum nō optima quæque
proponere.Sed tu qui huius iudicii memīſti:cur illius obli
tus es:in quo me interrogaſti? Quid de mecii modeſti pie
tate ſentirē? Expalluit notabiliter quāuis palleat ſemp: heſi
tabundus inqt interrogaui nō ut tibi nocerē: ſed modeſto
Vide hominis crudelitatē: qui ſe non diſſimulet hoī exuli
nocere uoluiſſe. Subiunxit egregiā cauſam. Scripſit īqt in
epla q̄dam(quæ apud domitianū recitata ē)Regulus oīum
bipedum nequiſſimns . quod qdem modeſtus ueriſſie ſcri
pſerat.Hic fere nobis ſermoues terminus:Neq; enī uolui p
gredi longius. Vt mihi oīa libera ſeruarem dum mauricius
uenit.Nec me præterit eſſe regulū συνκαθαίρετον
eſt enī locuples factioſus:curat a multis:timet a pluribus:
(quod plerūq; amore fortius ē)poteſt tñ fieri ut hæc con
ciſa labant. Nam gr̄ia maloꝝ tam inſida ē: q̄ ipſi: uerū ut
idem ſæpius dicā expecto Mauritium:uir ē grauis:prudēs
multis experimētis eruditus: & q futura poſſit ex p̄teritis
prouidere:mihi et tēptandi aliquid & qeſcendi: illo aucto
re ratio cōſtabit:hæc tibi ſcripſi:quia æquū erat:te p amore
mutuo non ſolum omīa mea facta dictaq;:uerum etiā con
ſilia cognoſcere: uale.

¶ De uenatione & ſtudiis plinii. vi

GAius pli . Cornelio tacito ſuo.s. Ridebis & licet
rideas.Ego plinius ille : quē noſti apros tris & q
dem pulcherrimos cæpi: ipe inquis:ipe tamē: nō ut omīo
ab inertia mea & q̄ete diſcederē:ad rætia ſedebam. Erāt in
pximo: non uenabulum nō lancea:ſed ſtilus & pugillares
meditabar aliquid annotabāq;: ut ſi manus uacuas: plenas
tamen ceras reportarem. Non eſt ꝙ contēnas hoc ſtudēdi
genus : mirum eſt ut animus a cogitatiōe motuq; corporis

excitetur. Iam undiq; ſiluæ & ſolitudo: ip̄mq; illud ſilētiū quod uenationi datur: magna cogitatiōis incitamēta ſūt proinde cum uenabere: licebit auctore me: ut panarium et lagunculam: ſic etiā pugillares feras: experieris nō dianam magis mōtibus: q̄ mineruam inerrare. Vale vii

¶ De aduocādo gallo cōtra beticos plinio aīcos

GAius plini. octauio rufo ſuo. S. Vide in quo me faſtigio collocaris: cum mihi idē poteſtatis: idēq; regni dederis: quod Homerus ioui optimo maximo Nā ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpōdere uoto tuo poſſum. Etenī ſicut fas ē mihi (præſertim te exigente) excuſare beticis: contra unum hoīem aduocationem: ita nec fidei nr̄æ: nec cōſtantiæ (quam diligis) cōueīt: adeſſe cōtra ꝓuintiam (quā tot officiis: tot laboribus: tot etiā periculis meis: aliquādo deuincerim) tenebo ergo hoc tēperamētū: ut ex duobus (quoꝝ alterū petis) eligam illud potius in quo non ſolū ſtudio tuo: uerū etiā iudicio ſatiſfaciam. Neq; enī tantope mihi conſiderandū eſt: quid uir optimus ip̄ñtia uelis: q̄ quod ſēp ſis ꝓbaturus: me circa idus octobris ſpero romæ futuꝝ eademq; hæc præſentē quoq; tua meaq; fide Gallo confirmatuꝝ: cui tamē iam nūc licet ſpondeas de animo meo. Cur enī non uſq; quaq; homericis uerſibus agam tecum: q̄tenus tu me tuis agere non pateris: quoꝝ tanta cupiditate ardeo ut uidear mihi hac ſola mercede corrūpi: ut uel cōtra beticos adſim: pene præterii: quod minime prætereundū fuit: accepiſſe me careotas optimas: quæ nūc cum ficis: & boletis certamen nōdum habent. Vale

¶ De ſermone habito per pliniū ſup biblioteca dedicanda viii

GAius pli. Pompeio ſaturnino ſuo. S. Peroportune

mihi redditæ ſũt litteræ tuæ: qbus flagitabas.ut tibi aliqd
ex ſcriptis meis mitterem.cum ego idipm̃ deſtinaſſẽ: addi
diſti ergo calcaria ſponte currẽti:pariterq; & tibi ueniam:
recuſandi laboris.& mihi exigendi uerecundiã ſubſtuliſti:
nam nec me timide uti decet:eo quod oblatũ ẽ: nec te gra
uari quod depopoſciſti. Non eſt tñ ꝙ ab homĩe deſidioſo
aliqd noui operis expectes. petiturus ſum enĩ ut rurſus ua
ces ſermoni;. quẽ apud municipes meos habui bibliotecã
dedicaturus . Memini quidẽ iam te q̃dam notaſſe. Sed ge
neraliter ideo nunc rogo ut nõ tantũ uniuerſitati eius attẽ
das: uerũ etiam particulas qua ſoles lima perſequaris. Erit
enim & poſt emendationem liberũ nobis:uel publicare uel
continere.Quinimo fortaſſe:hanc ipã̃m cunctationem no
ſtram:in alterutram ſentẽciam emẽdationis ratio deducet:
quæ aut indignũ editione:dum ſæpius retractat:inueniet:
aut dignũ:dum idipm̃ experitur:efficiet: q̃q̃ huius cuncta
tionis meæ cauſæ : non tam in ſcriptis:q̃ in ipſo materiæ
genere conſiſtunt.Eſt enĩ paulo q̃ſi glorioſius & elatius or
nabit hoc moleſtiam nr̃am etiã ſi ſtilus ipſe preſſus demiſ
ſuſq; fuerit:propterea quod cogimur:cum de munificentia
parentũ noſtroꝝ :tum de noſtra diſputare:anceps hic et
lubricus locus ẽ : etiam cum illi neceſſitas lenocinat᷑. Etenĩ
ſi alienæ quoq; laudes paꝝ æquis auribus accipi ſolẽt q̃ dif
ficile eſt obtinere: ne moleſta uideat᷑ oro de ſe aut de ſuis
diſſerentis. Nam cum ipſi honeſtati:tum aliquanto magis
gloriæ eius prædicatiõiq; inuidemus.Atq; ea demum recte
facta minus detorq̃mus & carpimus:quæ in obſcuritate et
ſilentio reponuntur.Qua ex cauſa:ſæpe ip̃e mecum:nobis
ne tm̃(quicqd eſt)iſtud : cõpoſuiſſe: an et aliis debeamus
ut nobis:admonet illud(quod pleraq; quæ ſunt agẽdæ rei

neceſſaria: eadem peracta nec utilitatem parem nec gratiā retinent: at ne longius exēpla repetamus. Quid utilius fuit q̄ munificētiæ ratiōem . etiā ſtilo proſequi? per hoc enī aſſe quebamur: primū ut honeſtis cogitationibus īmoraremur deinde ut pulchritudinē illaꝝ lōgiore tractatu prouidere mus: poſtremo ut ſubitæ largitionis comitē pœnitentiā ca ueremus. Naſcebatur ex his exercitatio q̄dam cōtemnendæ pecuniæ. Nā cum omēs homiēs ad cuſtodiam eius natura reſtrinxerit: nos contra: multum ac diu penſitatus amor li beralitatis comuībus auaritiæ uinculis eximebat: tātoq̧ lau dabilior munificentia noſtra fore uidebat᷑: ꝙ ad illam nō impetu quodā: ſed cōſilio trahebamur: accedebat his cauſis ꝙ nō ludos: aut gladiatores: ſed ānuos ſumptus in alimē ta ingenioꝝ pollicebamur: oculorū porro & aurū uolupta tes: adeo non egēt camēdatione: ut nō tam incitari debeāt oratione q̄ reprimi: ut uero aliquis libēter educatiōis tedi um laboremq̧ ſuſcipiat non premiis modo. uerū etiam ex quiſitis adhortationibus impetrādum eſt. Nam ſi medici ſalubres: ſed uoluptate carentes cibos blandioribus alloq̄s proſequunt᷑: q̄to magis decuit publicæ conſulentem utiliſſi mum munus. Sed proinde nō populare: comitatæ orōnis inducere: p̄ſertim cum enitēdū haberemus: ut quod par ēti bus datur & orbis probaretur: honorēq̧ paucoꝝ cæteri pa tienter expectarent & incitarentur. Sed ut tunc comuībus magis comodis q̄ priuatæ iactantiæ ſtudebamus: cum intē tionem effectumq̧ muneris noſtri: uellemus ītelligi: ita nūc in ratione edendi ueremur: ne forte: non alioꝝ utilitatibus ſed propriæ laudi ſeruiſſe uideamur. præterea meminimus: quanto maiore animo honeſtatis: fructus in conſcientia q̄ in fama reponatur. Sequi enī gloria non appeti debet: ne

ſi caſu aliquo non ſequatur : Idcirco: ꝗ gloriã non meruerit. minus pulchrũ ſit : hi uero qui bene facta ſua uerbis adornant:non ideo prædicare:quia fecerint:ſed ut prædicarent feciſſe:creduntur ſic quod magnificum referente alio fuiſſet:ipſo (qui geſſerat) recenſente uaneſcit:homĩes enim cum rem deſtruere non poſſunt :iactationem eius:ĩceſſunt Ita ſi ſilenda feceris:factum ipm̃: Si laudanda: ꝗ nõ ſileas ipſe culparis:Me uero peculiaris quædam impedit ratio.Et enim hunc ipſum ſermonem nõ apud populum: ſed apud decuriones habui:nec impropatulo: ſed in curia uereor ergo ut ſit ſatis congruens (cum in dicendo aſſentationẽ uulgi: acclamationemq; defugerim) Nunc eadem illa:editiõe ſectari. Cumq; plebem ipſam (cui conſulebatur) limine curiæ parietibus diſcreuerim:ne quam in ſpetiem ambitionis inciderim.Nunc eos etiam (ad quos exmunere noſtro nil pertinet præter exemplum) uelut obuia oſtentatione conquirere . Habes cunctationis meæ cauſas obſequar tamen conſilio tuo : cuius mihi auctoritas pro ratione ſufficit. Vale.

¶ De ſeceſſu plinii apud laurentinum ix

GAius plinius . Minutio fundano ſuo Salutẽ. Mirum eſt q̃ ſingulis diebus in urbe : ratio aut conſtet:aut conſtare uideatur : pluribus iunctis non conſtet. Nam ſi quem interroges hodie quid egiſti? reſpondeat:offitio togæ uirilis interfui:ſponſalia: aut nuptias frequentaui:ille me ad ſignandum teſtamentum:ille in aduocationẽ ille me ĩ conſilium uocauit. Hæc quo die feceris? neceſſaria eadem:ſi cottidie te feciſſe reputes:inania uidentur: multo magis cum ſeceſſeris tunc enim ſubit recordatio:quot dies quam frigidis rebus aſſumpſiſti : quod euenit mihi poſtq̃

in laurentino meo aut lego aliquid: aut ſcribo: aut etiã cor
pori uaco. Cuius fulcturus animus ſuſtinetur nihil audio
quod audiſſe: nihil dico quod dixiſſe pœniteat. Nemo
apud me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminẽ
ipſe reprehendo: niſi unum me: cum parum comode ſcri
bo: nulla ſpe: nullo timore ſolicitor: nullis rumoribus ĩqui
etor: mecum tãtum & cum libellis loquor. O rectam ſince
ramq; uitam. O dulce otium honeſtumq;: ac pene omni
negotio pulchrius. O mare. O littus uerum ſecretumq;
muſion: q̃ multa inuenitis: q̃ multa dictatis: proinde tu
quoq; ſtrepitum iſtum: inanemq; diſcurſum & multum in
eptos labores. ut primum fuerit occaſio: relinque teq; ſtu
diis uel otio trade. Satius eſt enim (ut attilius noſter eru
ditiſſime ſimul: & facetiſſime dixit) otioſum eſſe q̃ nihil
agere. Vale.

De ſcia et laudibus Eufratris & offitio plinii. x

GAius. plinius Accio clementi ſuo. Salutẽ. Si quã
do urbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit: nunc
maxime floret: multa claraq; exempla ſunt ſuffecerit unũ
eufratres philoſophus: hunc ego in ſiria: cum adoleſcẽtulus
militarem: pœnitus etiã domi inſpexi: amariq; ab eo labo
raui: & ſi non erat laborandum: eſt enim obuius & expoſi
tus plenuſq; humanitate (quam præcipit) atq; utinam ſic
ipſe ſpem (quam tunc ille de me concepit) impleuerim ut
ille multum uirtutibus ſuis adidit. At ego nunc illas miror
quia magis intelligo: quamq̃ ne nũc quidem ſatis ĩtelligo
ut enim depictore: ſculptore: fictore niſi artifex iudicare:
ita niſi ſapiens: nõ poteſt pſpicere ſapientẽ: q̃tum tñ mihi
dat cernere: multa ĩ eufrate ſic eminẽt & elucẽt ut medio
criter quoq; doctos aduertãt & affitiãt: diſputat ſuptiliter

grauiter:ornate:frequenter etiam platoicam illam ſublimi
tatem & latitudinem effingit.Sermo eſt copioſus & uarius
dulcis i primis & qui repugnantis quoq; ducat & impellat:
ad hoc ꝓceritas corporis: decora facies:demiſſus capillus:
ingens & cana barba:quæ licet fortuita & inaĩa putenturr:
illi tamen plurimũ uenerationis acquirunt: nullus horror
in cultu.nulla triſtitia:multũ ſeueritatis:reuerearis occurſũ:
non reformides:uitæ ſanctitas ſũma:comitas par:inſectat̃
uitia:non homines:nec caſtigat errantes:ſed emendat: ſeq̃
ris monentem attentus & pendens:& perſuadere tibi etiã:
cũ perſuaſerit cupias . Iã uero liberi tres:duo mares:quos
diligẽtiſſime inſtituit:ſocer pompeius Iulianus cum cætera
uita:tum uel hoc uno magnus & clarus:ꝙ ipſe ꝓuintiæ prĩ
ceps inter altiſſimas conditiones: generũ non hõribus prĩ
cipẽ ſed ſapientia elegit:quãq̃ quid ego plura de uiro quo
mihi frui non licet? an ut magis angar ꝙ non licet?
Nam diſtringor offitio : ut maximo : ſic moleſtiſſimo:
ſedeo pro tribunali:ſubnoto libellos:confitio tabulas: ſcri
bo plurimas: ſed illitteratiſſimas litteras: ſoleo non nunq̃
(nã id aliquando contingit)de his occupatioibus apud eu
frathem queri:ille me conſolat̃:affirmat etiã eſſe hanc phi
loſophiæ & quidem pulcherrimam partem:agere negotiũ
publicum.cognoſcere.iudicare. promere & exercere iuſtiti
am:quæq; ipſi philoſophi doceant in uſu habere. Mihi tñ
hoc unum nõ perſuadet ſatius eſſe iſta facere : q̃ cum illo
dies totos audiendo diſcendoq; conſumere . quo magis
te cui uacat:hortor cum in urbem proxime ueneris(uenias
autem ob hoc maturius) illi te poliendum limandumq;
ꝑmittas.Neq; enĩ ego(ut multi)ĩuideo aliis bonũ.quo ipe
careo ſed cõtra ſenſũ q̃ndã uoluptatẽq; ꝑcipio.ſi ea q̃ mihi

denegantur:aicims uideo ſupereſſe. Vale

¶ De negligentia fabii. xi

GAius pli. Fabio iuſto. S. olim mihi nullas epiſtolas mittis:nihil eſt inquis quod ſcribam:at hocipſum ſcribe nihil eſſe quod ſcribis:uel ſolũ illud ũde priores ĩcipere ſolebãt:ſi uales bene eſt:ego ualeo:hoc mihi ſufficit Eſt enĩ maximũ:ludere me putas: ſerio peto fac ſciam quid agas:quod ſine ſolicitudĩe ſũma neſcire non poſſum. Vale

¶ De morte ſpontanea Corelii. xii

GAius pli. Caleſtrio tironi ſuo. s. Iacturam grauiſſimã fero:ſi iactura dicenda eſt:tanti uiri ãmiſſio: Deceſſit Corelius ruffus: & quidẽ ſponte: quod dolorem meũ exulcerat: eſt enĩ luctuoſiſſimũ genus mortis: quæ nõ ex natura nec fatalis uidetur. Nam ut cũqꝫ in illis qui morbo finiuntur magnum ex ipa neceſſitate ſolatium eſt:in his uero: quos accerſita mors aufert hic inſanabilis dolor eſt: ꝗ creduntur poſſe diu uiuere. Corelium quidem ſumma ratio (quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt) ad hoc conſiliũ compuli q̃q̃ plurimas uiuendi cauſas habentem:optimã cõſcientiam:optimam famam: maximam auctoritatem: præterea filiam:uxorem:nepotes:ſorores:inter quæ tot pignora ueros amicos. Sed tam longa:tam iniqua ualitudine cõflictabatur: ut hæc tanta pretia uiuendi: mortis ratiõibus uincerentur. Tertio et trigeſimo anno (ut ipm audiebam) pedum dolore correptus eſt:patrius hic illi. Nam pleruncqꝫ morbi quoqꝫ per ſucceſſiones q̃ſdã (ut alia) traducunt̃:hũc abſtinẽtia ſanctitateqꝫ uiridis ætas uicit:& fregit:nouiſſime cũ ſenectutẽ ĩgraueſcentẽ uiribus aĩmi ſuſtĩebat:cũ qdẽ ĩcredibiles cruciatus & ĩdigniſſĩa tormẽta pateret̃ iã.n.dolor nõ pedibus ſolis (ut prius) ĩſidebat: ſed oĩa mẽbra puagabat̃

ueni ad eum domitiani tẽporibus in ſuburbano iacẽtẽ. Ser
ui e cubiculo receſſerũt: habebat. n. hoc moris: quotiẽs ĩtraſ
ſet fidelior aĩcus: qn etiã uxor(q̃q̃ oĩs ſecreti capaciſſĩa) dĩ
grediebat: Circũtulit oculos & cur ĩqt me putas hos tãtos
dolores tandiu ſuſtinere? Vt ſcilicet iſti latroni uel uno die
ſupſim dediſſes huic animo par corpus feciſſet quod opta
bat. Adfuit tñ deus uoto: cuius ille compos: ut iam ſecurus
liberq; moriturus multa: illa uitæ: ſed minora retinacula ab
rupit: increuerat ualitudo: quã temperãtia mitigare tempta
uit: pſeuerantẽ conſtãtia fugit: iam diem alterũ: terciũ: q̃rtũ
abſtinebat cibo: miſit ad me uxor eius hiſpula comunem
amicum: G. gemitiũ cum triſtiſſimo nuntio: deſtinaſſe Co
relium mori: nec aut ſuis aut filiæ precibus flecti: ſolũ ſup
eſſe me a quo reuocari poſſet ad uitã: cucurri: pueneram in
proximum cum mihi ab eadẽ hiſpula iulius acticus nũtiat
nihil iam ne me quidem impetraturum: tam obſtinate ma
gis: ac magis induruiſſe: dixerat ſane medico admonenti
cibum κεκρικα ἄλλως κεκρικα quæ uox quantũ
admiratiõis in animo meo: tantum deſiderii reliquit. Cogi
to: quo uiro. quo amico carẽa: impleuit quidem annum ſe
ptimum & ſexageſimũ: quæ ætas etiam robuſtiſſimis ſatis
longa eſt: ſcio euaſit perpetuam ualitudinem: ſcio deceſſit
ſuperſtitibus ſuis: florente re.p quæ illi omibus ſuis carior
erat: & hoc ſcio. Ego tamẽ tãquã iuuenis et fortiſſimi mor
te doleo: doleo autem(licet me imbecillum putes) meo no
mine: amiſi enim amiſi uitæ meæ teſtem: rectorem: magi
ſtrũ: inſumma dicam (quod recenti dolore cõtubernali
meo Caluiſio dixi) uereor ne negligentius uiuam: proinde
adhibe ſolatia mihi: non hæc: ſenex erat: infirmus erat:
hæc enim noui: ſed noua aliq̃. ſed magna quæ audiuerim

nunq̃:legerim nunq̃. Nam quæ audiui:quæ legi ſponte ſuc currunt:ſed tanto dolore ſuperantur. Vale.

¶ De recitationibus poetaꝝ et pigritia auditorum xiii

Gaius pli. Soſio ſenecioni ſuo S. Magnum ꝓuētū poetaꝝ ānus hic attulit:toto menſe aprili:nullus fere dies:quo non recitaret aliquis:iuuat me ꝙ ui gent ſtudia: ꝓferunt ſe ingenia hominū ut oſtētant:tamet ſi ad audiendū pigre coitur:pleriq; inſtatiōibus ſedent tem puſq; audiēdis fabulis conterūt:ac ſubide ſibi nūciari iubēt an iam recitator initiauerit:an iam dixerit ꝑfationē: an ex magna parte euoluerit librū. Tum demū:ac tūc quoq; lēte cunctanterq; ueniūt:nec tamen ꝑmanent:ſed ante finē rece dunt : alii diſſimulāter & furtim : alii ſimpliciter & libere. At ercle memoria parentū claudiū cæſarē ferūt cum impala tio ſpaciaretur audiſſetq; clamorē: cauſam requiſiſſe: cūq; dictum eſſet recitare Nonianum: ſubitum recitanti iopina tumq; ueniſſe: nunc ocioſiſſimus quiſq; multo āte rogatus et identidem admonitus: aut non uenit: aut ſi uenit quæri tur:ſe diem (quia nō perdiderit) perdidiſſe:Sed tanto ma gis laudandi probandiq; ſunt:quos aſcribendi recitandiq; ſtudio hæc auditorum uel deſidia uel ſupbia non retardat. Eqdem ꝓpe nemini defui:erāt ſane pleriq; aīci. Neq; enī ē fere qſq̃ qui nos amet:ut ſtudia nō ſimulet:his ex cauſis lō gius q̃ deſtinauerā tēpus in urbe conſūpſi:poſſū iā repetere ſeceſſū & ſcribere aliqd ꝙ nō recitet̃ ne uidear recitatiōibus (quoꝝ affui)nō auditor fuiſſe ſed creditor:nā ut ī ceteriſ re bus ita ī audiēdi offitio peregra ſi r̄poſcat̃. xiiii. ¶ De laudibus

Gcuiuſdā minutii attilāi futuri mariti cuiuſdā puellæ A. pli. iunio maurico. s petis uti fr̄is tui filiæ ꝓſpitiā maritū ꝙ merito mihi potiſſimū iiungis. ſcis. n. q̃to pe ſūmū

illum uirũ ſuſpexerim dilexerĩq;:quibus ille adoleſcentiam meam exhortatiõibus fouerit:q̄bus etiam laudibus:ut lau/dandus uiderer:effecerit:nihil eſt quod a te mandare mihi aut maius aut ſatius:nihil quod honeſtius aut gratius a me ſuſcipi poſſit: q̄ ut eligã iuuenẽ ex quo naſci nepotes aruli no ruſtico deceat· Qui quidẽ diu q̄rendus fuiſſet:niſi paratus:& q̄ſi ꝓuiſus eſſet. Minutius attilianus: qui me ut iuuenis iuuenẽ (eſt enĩ minor pauculis annis) familiariſſĩe diligit:reuereť ut ſenem. Nam ita informari a me & inſtitui cupit:ut ego a uobis ſolebam patria eſt ei brixia ex illa nr̃a italia q̄ adhuc multũ: uerecundiæ: frugalitatis: atq; etiã ruſticitatis ãtiquæ retinet ac ſeruat:pr̃ minutius macrinus eq̄ſtris ordinis prĩceps:q̄a nihil altius uoluit(allectus enĩ a diuo ueſpaſiano interpretorios)honeſtã q̄etem huic noſtræ ambitioni: dicã an dignitati cõſtantiſſime ꝑtulit:habet auiam maternã ſerranã ꝓcul a meo municipio patauio:noſti loci mores:ſerrana tñ patauinis quoq; ſeueritatis exẽplum eſt:cõtigit & auunculus ei publius atilius grauitate prudentia:fide ꝓpe ſĩgulari. In ſũma nihil erit ĩ domo tota: quod nõ tibi tanq̄ in tua placeat. Atiliano uero ĩpĩ plurimũ uigoris ĩduſtriæ(quamq̄ in maxima uerecundia: q̄ſturam tribunatum præturam honeſtiſſime ꝑcucurrit :ac iam pro ſe ille tibi neceſſitatem ambiendi remiſit . Eſt illi facies liberalis: multo ſanguine:multo rubore ſuffuſa:ẽ ingenua totius corporis pulchritudo:& q̄dam ſenatorius decor : quæ ego nequaq̄ arbitror negligenda:debet hoc enim caſtitati puellarum quaſi præmium dari. Neſcio an adiiciã eſſe patri eius facultates amplas . Nam cum imaginor uos(quibus quærimus generum) ſilendum de facultatibus puto: cum publicos mores : atq; etiam leges ciuitatis intueor. (quæ.

uel inprimis cenſus hoĩnum ſpectandos arbitrãtur) ne id quidẽ prætereũdum uidetur :& ſane depoſteris & his pluribus cogitanti hic quoq; incõditiõibus deligẽdis ponẽdus eſt calculus. Tu fortaſſe me putes indulxiſſe amori meo: Supraq; iſta: q̃res ꝑ atitur: ſuſtuliſſe: at ego fide mea ſpondeo futuꝝ ut omĩalonge ampliora q̃ a me prædicant̃ inuenias. diligo qdem adoleſcẽtem ardentiſſime ſicut meret̃ :ſed hoc ipm am an tis eſt: non honerare eum laudibus , Vale

¶ De ſoluendo impendio cœnæ xv

GAius p. Septicio claro s. heus tu ꝓmictis ad cœnã nec uenis: dicit̃ ius ad axẽ: Impẽdiũ reddes: nec id modicum: parate erant lactuce ſigulæ: cocleæ ternæ: oua bina halica cum mulſo & niue: nam hãc quoq; computabis: ĩmo hanc ĩprimis: quæ perit ĩ ferculo oliuæ: beta: cucurbitæ bulbi: alia mille nõ minus lauta : audiſſes comedũ uel lectorem: Vel liriſten: uel q̃ mea liberalitas oĩs . At tu apud neſcio quem oſtreas uuluas : eqnos gaditanos maluiſti: dabis pœnas non dico q̃s: dure feciſti. Inuidiſti: neſcio an tibi: certe mihi: ſed tñ & tibi: quãtũ nos luſiſſemus: potes apatius cœnare apud multos: nuſq̃ hilarius: ſimplicius cautius. in ſũma experire: & niſi poſtea te aliis potius excuſaueris: mihi ſemper excuſa. Vale xvi

¶ De ſcia pompei ſaturnini tã in carĩe q̃ in ꝓſa & eius uxoris

GAius pli. Curcio. s. amabam põpeiũ ſaturniũ hũc dico noſtrũ laudabamq; eius ingeniũ: etiam ante q̃ ſcirẽ q̃ uariũ: q̃ flexibile: q̃ multiplex eſſet. Nũc uero totũ me tenet: habet: poſſidet: audiui cauſas agentem acriter & ardẽter. nec minus polite & ornate: ſiue meditata ſiue ſubita ꝓferret. adſũt acutæ crebræq; ſẽtẽtiæ: grauis & decora cõſtructio. ſoãtia uerba & ãtiq: oĩa hæc mire placẽt

cum impetu quodā & flumine ꝑuehuntur:placēt ſi retractē
tur . Senties quod ego cum orōnes eius in manus ſumpſe
ris:quas facile cuilibet ueterū:quoꝝ eſt æmulus: cōparabis
Idem tn̄ in hiſtoria magis ſatiſfaciet: uel breuitate:uel luce:
uel ſuauitate:uel ſplēdore:etiā & ſublimitate narrādi.Nam
in contiōibus eadē :quæ in orōnibus: uis eſt preſſior tn̄ et
circūſcriptior & adductior. Præterea facit uerſus:quales Ca
tullus aut caluus:quantū illis læporis: dulcedis amaritudis
amoris:inſerit. ſane:ſed data oꝑa mollius leuiſq;: duriuſcu
los quoſdā: & hoc q̄ſi *catullus:aut caluus:legit mihi nuper*
epiſtolas quas uxoris eſſe dicebat:plautū uel terētiū metro
ſolutū legi credidi:quæ ſiue uxoris ſint ut affirmat:ſiue ipi
us ut negat: pari gloria dignus eſt:qui aut illa componat:
aut uxorem quā uirginē accepit:tamdoctā politāq; redide
rit .Eſt ergo mecū per diem totum:eundem anteq̄ ſcribam
eundē cum ſcripſi: eūdē etiā cum remittor nō tanq̄ eūdem
lego:quod te quoq; ut fatias & hortor & moneo:Neq;.n.
debet opibus eius obeſſe:ꝙ uiuit.At ſi inter eos quos nūq̄
uidimus floruiſſet: non ſolū libros eius : uerū etiā imagiēs
conqreremus eiuſdē nūc honor pn̄tis & gratia : quaſi iacie
tate langueſcit.Et hoc prauum malignūq; eſt non admirari
hominē admiratione digniſſimū :quia uidere: alloqui au-
dire cōplecti nec laudare tantū: uerum etiam amare conti-
git. Vale.

¶ Epiſtola . xvii

GTitinius Capito lucii ſillā ſtatuā in foro poſuit
Ai.pli.Cornelio Niciāo.s Eſt adhuc cure hoībus
fides & offitiū.ſūt qui defūctoꝝ quoq; aīcos agāt
titinius capito ab īpatore īpetrauit;ut liceret ſibi ſtatuā lucii
ſillani ī foro ponere:pulchrū & laud edignū aīcicia pricipis
in hoc uti:quātūq; gratia ualeas: alioꝝ honoribus experiri

Eſt oĩo Capitoni in uſu:claros uiros colere. mirũ eſt qua religione:quo ſtudio imagines brutorũ: Caſſiorũ:catonũ: domi ubi poteſt habeat .idẽ clariſſimi cuiuſq; uitã:egregiis carmibus exornat.Scias ipm plurimis uirtutibus abũdare: qui alienas ſic amat.Reditus ẽ lucio ſillano debitus honor cuius ĩmortalitati capito ꝓſpexit.pariter & ſuæ.neq; enim magis decor & ĩſigne ẽ :ſtatuã in foro.p.R.habere:q̃ ponere. Vale.

¶ Suetonius ſomnio pterritus xviii

GAius pli. Suetonio tranquillo.s.ſcribis te pterritũ ſomnio uereri:ne qd aduerſi in actione patiaris:rogas ut dilationẽ petã ad pauculos dies. Certe proximũ excuſẽ difficile ẽ .ſed experiar καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν etení ex ioue inſõnium ẽ.refert tamen euẽtura ſoleas:an cõtraria ſõniare.inibi reputãti ſõniũ meũ iſtud:quod times tu:egregiã actionẽ portẽdere.uidet̃ ſuſceperã cauſã iunii paſtoris.quã mihi qeſcẽti uiſa ẽ ſocrus mea aduoluta genibus:ne agerẽ obſecrare.& eram acturus (adoleſcẽtulus adhuc erã)in q̃druplici iudicio.erã cõtra potẽtiſſiõs ciuitatis atq; etiam Cæſaris aĩcos:q̃ ſigula excutere mentẽ mihi poſt tam triſte ſõniũ poterant.egi tamen non σημεῖον: εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης animo uertẽs illud unũ auguriũ optimũ ẽ pugnare pro patria.Nam mihi patria: & ſi quid carius pr̃ia fides uidebat̃ ꝓſpere ceſſit.atq; adeo illa actio mihi aures hominũ.illa ianuam famæ patefecit.proinde diſpice an tu quoq; ſub hoc exẽplo ſõniũ iſtud in bonũ uertas. an ſi tutius putas illud cautiſſimi cuiuſq; præceptũ . quod dubites ne feceris.idipſũ reſcribe .ego aliquam ſtropham inueniam:agamq; cauſam tuam.ut ipſam agere tu cum uoles:poſſis.& ſane alia ratio

tua alia mea fuit. Nam iuditium centumuirale differri nullo modo:iſtud egre quidem:ſed tamē poteſt. Vale. xix

¶ De oblatione plinii facta Romatio trecenta milia nūmum

GAius pli. Romatio firmo:S. Municeps tu meus et condiſcipulus: & abineunte ætate contubernalis pater tuus:& matri & auunculo meo mihi etiā (quantum ætatis diuerſitas paſſa eſt) familiaris: magnæ et graues cauſæ:cur ſuſcipere: augere dignitatē tuam debeam eſſe autē tibi centum miliū cēſum ſatis indicat quin apud nos:decurio es. Igitur ut te non decurione ſolum uerū etiā equite Romano pfruamur: offero tibi adimplendas equitis facultates trecenta milia nummū: te memorē huius muneris:amiciciæ nr̄æ diuturnitas ſpōdet: ego ne illud q̄dem admoneo (quod admonere deberē) niſi ſcirem ſpōte facturum:ut dignitate a me data: q̄ modeſtiſſime(ut a me data) utare. Nam ſolicitius cuſtodiēdus eſt honor:in quo etiam benefitium amici tuendum eſt. Vale.

¶ De actione & oratione modoq; orandi. xx

GAius pli Cornelio tacito ſuo.S.Frequēs mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito:cui nihil æque in cauſis agendis ut breuitas placet: quā ego cuſtodiendam eſſe cōfiteor:ſi cauſa permittit:alioquin præuaricatio eſt tranſire dicenda:præuaricatio etiā curſi et breuiter attingere:quæ ſunt inculcanda infigenda repetenda. Nam pleriſq; longiore tractatu: uis quædā & pondus accedit:utq; corpori ferrū: ſic oratio animo nō ictu magis q̄ mora imprimitur. Hic ille mecum auctoritatibus agit:ac mihi ex græcis or̄ones liſiæ oſtētat:ex nr̄is graccoꝝ Catoniſq;: quoꝝ ſane plurimæ ſūt circūciſæ:& breues. Ego liſiæ demoſtenē:æſchinē:hiperidē multoſq; præterea. Gracchis

et Catoni polionem Cæſarem: Celium: & imprimis. M tul
lium oppono: cuius orõ fert optima eſſe: quæ maxime: et
hercule ut aliæ bonæ res: ita bonis liber melior eſt quiſq;:
quo maior: uides & ſtatuas: ſigna picturas hominũ: deniq;
multoꝝ animaliũ formas: arboꝝ etiã: ſi modo ſint decoræ
nihil magis q̃ amplitudo cõmendet. Idem orõnibus eueit
qui etiã uolumibus ipis auctoritatẽ quãdam & pulchritu
dinẽ adiicit magnitudo. Hæc illa multaq; alia (quæ a me in
eandem ſententiã ſolent dici) ut eſt in diſputãdo incomp
henſibilis & lubricus ita eludit: ut contẽdat hos ipos (quo
rum orõnibus nitor) pauciora dixiſſe q̃ ediderint. Ego cõ
tra puto teſtes ſũt: multæ multoꝝ orõnes & cicerõis ꝓmu
rena: pro uareno in quibus breuis & nuda q̃ſi ſubſcriptio
quorundã criminũ ſolis titulis indicatur ex his apparet il
lum per multa dixiſſe. Dum ederet omiſiſſe. Idem pro clu
entio ait ſe totam cauſam uetere inſtituto ſolum peroraſſe
et pro .c. cornelio q̃triduo egiſſe: ne dubitare poſſimus q̃
per plures dies (ut neceſſe erat) latius dixerit: poſtea reciſa
et repurgata in unũ librum (grandẽ qdem unũ tñ) coarctaſ
ſe. At aliud eſt actio bona: aliud oratio. Scio nõ nullis ita
uideri: ſed ego forſitan: fallor perſuaſum habeo: poſſe fieri
ut ſit actio bona: quæ nõ ſit bona orõ. Non poſſe autem
non bonam actionem eſſe: quæ ſit bona oratio. Eſt enim
oratio actionis exemplar: & q̃ſi. Archethipos. ideo in opti
ma quaq; mille figuras extẽporales inuenimus: in his etiã
quas tantũ editas ſcimus. ut inuerrem artificem: quẽ nam
recte admones: policletũ eſſe dicebãt. Seqtur ergo ut actio
ſit abſolutiſſima: quæ maxime orõnis ſimilitudinẽ expre
ſerit: ſi modo iuſtum & debitun tẽpus accipiet: quod ſi ne
getur: nulla oratoris: maxĩa iudicis culpa eſt. Adſunt huc

opinioni meæ leges:quæ longiſſima tempora largiunt̃ nec
breuitatem dicẽtibus:ſed copiam:hoc eſt diligentiã ſuadẽt
quã præſtare (niſi in anguſtiſſimis cauſis)nõ poteſt breui
tas.Adiiciam quod me docuit uſus:magiſter egregius:fre
quenter egi: frequẽter iudicaui : frequenter in conſilio fui:
aliud alios mouet: ac plerũq; paruæ res maximas trahunt:
uaria ſunt iuditia hominũ:uariæ uoluntates.Inde qui eãdẽ
cauſam ſimul audierũt:ſæpe diuerſum:interdũ idem ſed ex
diuerſis animi motibus ſentiunt : Præterea ſuæ quiſq; inuẽ
tioni fauet : & q̃ſi fortiſſimũ amplectit̃ : cum ab alio dictũ
eſt: quod ipſe præuidet: oĩbus ergo dandũ eſt aliq̃d quod
teneãt.quod agnoſcãt dixit aliquãdo mihi Regulus: cum
ſimul adeſſemus:tu om̃ia quæ ſũt in cauſa putas exeq̃nda:
ego iugulum ſtatĩ uideo:hunc p̃mo:p̃mit ſane quod elegit
ſed in elegendo frequẽter errat. Reſpondi poſſe fieri:ut ge
nu eſſet:aut tibia:aut talus: ubi ille iugulũ putaret. At ego
inquã: qui iugulũ perſpicere nõ poſſum:om̃ia p̃tẽpto: oĩa
experior:õmnẽ deniq; lapidem moueo. Vtq; ĩcultura agri
non uineas tm̃:uerũ etiam arbuſta:nec arbuſta tm̃: uerum
etiam campos curo & exerceo . Vtq; in ip̃is campis nõ far
ro:aut ſiliginem ſolam:ſed ordeum fabam:cæteraq; leguĩa
ſero:ſic in actione: plura quaſi ſemĩa latius ſpargo:ut quæ
p̃uenerint colligã:Neq; enim minus imp̃ſpicua:incerta:fal
latia iudicũ ingenia:q̃ tempeſtatũ:terrarũq;. Nec me p̃terit
ſũmum oratorẽ periclem : ſic acomico heupolide laudari
uerum huic ipſi pericli nec illa   nec illud
     breuitate uel uelocitate uel utraq;(diffe-
runt enĩ)ſine facultate ſũma contigiſſet . Nam delectare p
ſuadere copiam dicendi ſpaciũq; deſiderat:relinquere uero

aculeum in audiētium animis his demū poteſt qui nō pungit ſed infigit: adde quæ de eodem pericle comicus alter.

ἤστραπτε ἐβρόντα · συνεκύκα πάντα

Non enim amputata:orō & abſciſa:ſed lata magnifica: et excelſa tonat:fulgurat:omīa deniq; perturbat: ac miſcet:optimus tñ modus eſt:quis negat:ſed non minus non ſeruat modum:qui infra rem:quā qui ſupra: qui aſtrictius q̄ qui effuſius dicit.Itaq; audis frequenter:ut illud imodice.& redundanter:ita hoc ieiune et infirme:alius exceſſiſſe materiā alius dicitur non īpleſſe:æque uterq;: ſed ille imbecillitate: hic uiribus peccat:quod certe & ſi non limatioris: maioris tamē ingenii uitium eſt. Nec uero cum hæc dico: illud homericum ꝓbo.Sed hunc ἀμετροεπῆ non quia non & ille mihi ualidiſſime placeat καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν Si tamē detur electio:illam plenā orōnē ſimilem niuibus hibernis idē crebram:aſſiduam.& largam poſtremo cæleſtē & diuinā uolo:at eſt gratior multis actio breuis: eſt q̄dem ſed inertibus : quoꝝ delicias: deſidiamq; q̄ſi iuditium reſpicere:ridiculum eſt . Nam ſi hos in conſilio habeas:non ſolum ſatius eſt breuiter dicere:ſed omīno non dicere. hæc eſt adhuc ſententia mea :quam mutabo ſi diſſenſeris tu: ſed plane cur diſſentias explices rogo : q̄uis enī auctoritati tuæ credere debeam. rectius tamen arbitror in tanta re ratione q̄ auctoritate ſuperari: proīde ſi non errare uideor : idipm̄ q̄ uoles breui epiſtola ſed tamē ſcribe: confirmaueris enī iuditiū meum.ſi erraro: longiſſimā paraNum corrupi te:qui tibi ſi mihi accederes: breuis epiſtolæ neceſſitatem ſi diſſenſeris:longiſſimæ impoſui. Vale.

¶ De ſeruorum emptione xxi

GAius plinius.plinio paterno ſuo.S. Vt animi tui

iudicio:ſic oculoꝝ plurimũ tribuo. Non quia multum:ne tibi placeas:ſed quia tantũ quãtũ ego ſapis:quãq̃ hoc quoq; multum eſt omiſſis iocis: credo decentes eſſe ſeruos qui ſunt empti mihi:ex conſilio tuo: ſupereſt ut frugi ſint ſed de uenalibus melius auribus q̃ oculis iudicat͛. Vale: ¶ De ualitudine Titi ariſponis & eius ſcia moribus & laudibus

G Aius pli. Catilio ſeuero. S. diu iam ĩ urbe xxii hereo: & qdem attonitus: perturbat me longa et pertinax ualitudo Titi oriſponis:quẽ ſigulariter et miror & diligo. Nihil ẽ enĩ illo grauius:ſãctius:doctius ut mihi non unus homo:ſed littere ipẽ: omẽſq; bone artes in uno homĩe ſummũ periculum adire uideant͛ q̃ peritus ille & priuatis iuris & publici͛ q̃tum rerum͛ quantũ exemplorum͛ quantũ antiqtatis tenet͛ Nihil eſt quod diſcere uelis:quod ille docere non poſſit: Mihi certe quotiẽs aliqd abditum quero ille theſaurus eſt. Iam q̃nta ſermoĩbus eius fides q̃nta auctoritas͛ quã preſſa & decora cũctatio qd eſt quod nõ ſtatim ſciat͛ & tñ plerunq; heſitat: dubitat diuerſitate rationũ: quam acri magnoq; iudicio ab origine cauſiſq; primis repetit: diſcernit:expedit. Ad hoc q̃ parcus in uictu:q̃ modicus in cultu: ſoleo ipm cubiculũ illius: ipmq; lectum:ut imaginẽ quandã priſcæ frugalitatis aſpicere: ornat hæc magnitudo animi:quæ nihil ad oſtẽtationẽ:omĩa ad cõſciẽtiam refert: recteq; facti non ex populi ſermõe mercedem:ſed ex facto petit. Inſũma non facile quis queq̃ ex iſtis:qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis preferunt: huic uiro comparabit: non quidem ginnaſia ſectatur: aut porticus non diſputationibus longis alioꝝ ociũ ſuumq; delectat: ſed in toga negotiiſq; uerſatur: multos aduocatione:plures cõſilio iuuat. Nemini tñ iſtoꝝ:caſtitate:pietate

iuſtitia:fortitudo etiam primo loco ceſſerit:mirareris:ſi in tereſſes qua : patientia hanc ipſam ualitudinem tolleret: ut dolori reſiſtat: ut ſitim differat:ut incredibilem febrium ardorem:imotus:opertuſq; traſmictat. Nuper me paucos q; mecun(quos maxie diligit) aduocauit:rogauitq; ut me dicos coſuleremus de ſuma ualitudis:ut ſi eſſet iexſuperabi lis ſponte exieret e uita. Si tantu difficilis & longa reſiſteret maneretq;:dandum eni precibus uxoris:daudu filiæ lachri mis:dandum etiam nobis amicis:ne ſpes noſtras(ſi modo non eſſet inanes)uoluntaria morte dcſereret. Id ego ardu um inprimis: & precipua laude dignum puto. Nam impe tu quodam:& inſtintu precurrere ad mortem comune cu multis:deliberare uero: & cauſas eius expedere : quod ſua ſerit ratio uitæ mortiſq; conſiliu:uel ſuſcipere uel ponere in gentis animi e. Et medici quidem ſecuda nobis pollicentur Supereſt ut promiſſis deus anuat. Tandeq; me hac ſolici tudine exoluat:qua liberatus : laurentinu meum hoc eſt li bellos & pugillares:ſtudioſumq; otium repetam. Nunc eni nihil legere:nihil ſcribere:aut aſſideti uacat:aut anxio libet habes quid timeam:quid optem: quid etiam in poſterum deſtinem. Tu quid egeris:quid agas: quid uelis agere inui cem nobis: ſed letioribus epiſtolis ſcribe: Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium:ſi tu nihil querereris. Vale

¶ De conſultatione agendarum cauſarum in tribunatu et eius conditionibus. xxiii

GAius plini. Pompeio falconi Salutem. Conſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere debe re:plurimum refert : quid eſſe tribunatum:putes inanem umbram : ſaltim honoris nomen : an poteſtatem ſacroſanctam & quam in ordinem cogi:ut a nullo: ita ne

a ſe quidem deceat: ipſe cum tribunus eſſem (erauerim for
taſſe qui me aliquid putaui) ſed tamq̃ eſſē :abſtinui cauſis
agendis primū ꝙ deforme arbitrabar : cui aſſurgere cui lo
co cedere omēs oporteret: hunc omibus ſedentibus ſtare:
et qui iubere poſſit tacere quēcūq;: huic ſilentium clepſidra
indici:& quem interfari nefas eſſet:hunc etiam conuitia au
dire:& ſi inulta patereť: inertem ſi ulciſceretur inſolentem
uideri.Erat hic quoq; æſtus ſi ante oculos forte me appellaſ
ſet:uel ille cui adeſſem: uel ille quem contra: intercederem:
et auxilium ferrem : an quieſcerem ſileremq;:& quaſi euita
to magiſtratu priuatum ip̄e me facerem:his rationibus mo
tus malui me tribunum omnibus exhibere : q̃ paucis ad
uocatum. Sed tu (iterum dicam: plurimum inter eſt quid
eſſe tribunatum putes)eam perſonam tibi imponas : quæ
ſapienti uiro ita aptanda eſt ut perferatur. Vale.

De cura ſeruanda in agelli emptione. xxiiii

GAius plinius belio hiſpano ſuo Salutem. Tranql
lus contubernalis meus uult emere agellum:quē
uēditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti
æquū eſt emat. Ita enī delectabit emiſſe. Nam mala emptio
ſemper ingrata eſt:eo maxime ꝙ exprobrare ſtulticiā dn̄o
uideť:in hoc autem agello ſi modo arriſerit pretium : tran
quilli mei ſtomachum multa ſolicitāt:uicinitas urbis:opor
tunitas uiæ:mediocritas uillæ:modus ruris:qui auocet ma
gis q̃ diſtringat. . Scolaſticis porro dominis (ut hic eſt)
ſufficit abunde tantum ſoli:ut releuare caput : refigere ocu
los:reptare per limitem:unam ſemitam terere:omneſq; uiti
culas ſuas noſſe: & numerare arbuſtulas poſſint: hæc tibi
expoſui quo magis ſcires quantum ille eſſet mihi:ego tibi
debiturus:ſi prædiolum iſtud(quod comendatur his doti

bus)tam ſalubriter emerit ut pœnitenciæ locum non relin-
quat. Vale.

LIBER SECVNDVS Primaq; De inſigni funere uirgi
nii et eius fœlicitatibus & moribus

GAius Plinius Romano. ſuo. S. poſt aliquot
annos: inſigne atq; etiã memorabile populi
romani oculis ſpectaculum exhibuit pupli
cũ funus uirginii rufi maximi & clariſſimi
ciuis: & perinde fœlicis: triginta annis gloriæ ſuæ ſupuixit:
legit ſcripta de ſe carmina: legit hiſtorias: & poſteritati ſuæ
interfuit. Perfuuctus eſt tercio conſulatu: ut ſũmum faſtigi
um priuati hominis impleret: cum principis noluiſſet. Cæ
ſares (quibus ſuſpectus atq; inuiſus fuerat) euaſit: reliquit
incolumem optimũ atq; amiciſſimũ: tanq̃ ad hũc ipſum ho
norem publici funeris reſeruatus. Annũ tertiũ et octogeſi
mũ exceſſit: in altiſſima trãquillitate pari ueneratione uſus
eſt firma ualitudine: niſi ꝙ ſolebãt ei manus tremere: citra
dolorem tamen aditus tm̃ mortis durior longiorq;. Sed
hic ip̃e laudabilis. Nam cum uocem præpararet acturus in
conſulatu principi gratias: liber (quem forte acceperat grã
diorem) & ſeni & ſtãti ip̃o pondere elapſus eſt: hũc dũ ſeq
tur colligitq;: per leue & lubricum pauimentũ fallente ueſ
tigio cecidit: coxamq; fregit: quæ parum apte collocata: re
luctante ætate male coiit. Huius uiri exequiæ magnum or
namẽtum pricipi: magnũ ſæculo: magnũ etiã foro & roſtris
attulerunt: laudatus eſt a conſule cornelio tacito. Nam hic
ſupremus cumulus fœlicitati eius acceſſit: laudatur eloquẽ
tiſſimus: & ille quidem plenus annis obiit plenus honori
bus: illis etiam (quos recuſauit) nobis tamen querendus ac
deſiderãdus eſt: ut exemplar æui prioris. Mihi uero p̃cipue

qui illũ nõ ſolum publice : ſed etiã priuatim q̃tum admira
bar tantũ diligebam: primũ ꝙ eadẽ Regio municipia finiti
ma utriq; agri etiam: poſſeſſioneſq; coniunctæ præterea ꝙ
ille tutor mihi relictus: affectum parentis exhibuit. Sic can
didatum me ſuffragio ornauit: ſic ad omẽs honores meos
exceſſibus accurrit (cum iam pridem eiuſmodi officiis renũ
ciaſſet) Sic illo die quo ſacerdotes ſolent nominare : quos
digniſſimos ſacerdotio iudicant me ſemper noĩabat: qui
etiã in hac nouiſſima ualitudine ueritus: ne forte inter quĩ
q; uiros (qui minuendis publicis ſũptibus iudicio ſenatus
conſtituebantur) ipẽ crearetur: cum illi tot amici ſenes: con
ſulareſq; ſupereſſent: me huius ætatis: per quem excuſaret
elegit his quidem uerbis: etiã ſi filium haberem tibi manda
rem. Quibus ex cauſis neceſſe eſt: tamq̃ immaturam mor
tem. eius in ſinu tuo defleam: ſi tamen fas eſt: aut flere: aut
omĩno mortem uocare: qua tanti uiri mortalitas magis fi
nita q̃ uita eſt: uiuit enĩ. uiuetq; ſemper: atq; etiam latius in
memoria hominum & ſermone uerſabitur: poſtq̃ ab oculis
receſſit: uolo tibi multa alia ſcribere: ſed totus aĩmus in hac
una cõtemplatione defixus eſt: uirginiũ cogito: uirginium
uideo: uirginiũ iam uanis imaginibus recentibus tñ audio
alloquor: teneo: cui fortaſſe aliquos ciues uirtutibus pares
et habemus & habebimus: gloria neminem. Vale

¶ De litteris non miſſis ii

GAius plini Paulino ſuo. S. iraſcor nec liquet mihi
an debeam: ſed iraſcor: ſcis q̃ ſit amor iniquus in
terdum: impotens ſæpe μικραίτιος ſemper
Hæc tamẽ cauſa magna eſt: neſcio an iuſta: ſed ego tanquã
non minus iuſta: q̃ magna ſit: grauiter iraſcor: ꝙ a te tã diu
litteræ nullæ: exorare me potes uno modo: ſi nunc ſaltem

plurimas & longiſſimas miſeris:hæc mihi ſola excuſatio ue
GAius plinius Macro ſuo. S. Pergratum eſt mihi
ꝙ tam diligenter libros auunculi mei lectitas ut
habere om̄is uelis : q̃raſqꝫ q ſunt oēs fungar iudicis parti
bus: atqꝫ etiam quo ſint ordine ſcripti notum tibi faciat.
Eſt enī hæc quoqꝫ ſtudioſis non inuocanda cognitio:de ia
culatione equeſtri unus:hunc cum ꝑfectus alæ militaret pa
Vita Pomponij. ij. — ri ingenio curaqꝫ compoſuit . De uita pomponii ſecundi
duo a quo ſingulariter amatus : hoc memorie amici q̃ſi de
bitū munus exoluit. Belloꝝ germaīe xx qbus omīa quæ cū
germaīs geſſimus:bella collegit: ichoauit cum in germania
militaret ſōnio moītus: aſtitit enī ei qeſcēti: druſi neroīs ef
figies q germanie latiſſime uictor ibi periit:cōmēdabat me
nota — moriā ſuā:orabatqꝫ ut ſe ab īiuria obliuioīs aſſereret. Studi
oſi tres ī ſex uolumīa ꝓpter aplitudinē diuiſi:qbus oratorē
ab īcunabulis īſtituit atqꝫ ꝑfecit:dubii ſermoīs octo ſcripſit
ſub nerōe nouiſſimis ānis:cū oē genus ſtudioꝝ paulo liberi
us et rectius ꝑiculoſū ſeruitus feciſſet:a fine aufidi baſſi xxxi

Naturæ yſtoriarꝝ xxxvii:opus diffuſú eruditum nec minus
uarium q̄ ip̄a natura.Miraris ꝙ tot uolumina : multaq; in
his tam ſcrupuloſa: homo occupatus abſoluerit:magis mi
raberis ſi ſcieris illú aliquādiu cauſas actitaſſe.deceſſiſſe āno
ſexto & qnquageſimo: mediú tempus diſtenctú impeditú
ꝙ tam officiis maximis q̄ amicitia prīcipú egiſſe. Sed erat
acre ingeniú.incredibile ſtudium:ſūma uigilantia:lucubrar̄
uulcanalibus incipiebat: nó auſpicandi cauſa:ſed ſtudendi
ſtatī a nocte multa hyeme uero ab hora ſeptima uel cum
tardiſſime ab octaua:ſæpe ſexta erat. ſane ſóni parciſſimi:
non nunq̄ etiā inter ip̄a ſtudia inſtantis & differentis. An
te lucem ibat ad ueſpaſianú impatoré.Nam ille quoq; noc
tibus utebat̄:inde ad delegatú ſibi officiú: reuerſus domú
quod reliquum téporis ſtudiis reddebat.Poſt cibum ſæpe
quem interdiu leuem & facilé ueterú more ſumebat.Eſtate
ſi qd ocii iacebat ī ſole:liber legebat̄:ānotabat excerpebat.
Nihil enī legit quod nó excerpet. Dicere etiā ſolebat nullú
eſſe librum tam malum:ut non aliqua parte ꝓdeſſet. Poſt
ſolem plerúq; frigida lauabat̄ aqua deinde guſtabat:dor
miebatq; minimú.Mox quaſi alio die ſtudebat in cœne té
pus.Super hanc liber legebat̄ adnotabatur & qdem curſī
memini quédam ex amicis:cum lector quedam pronunci
aſſet perperā prouocaſſe & repeti coegiſſe:huic auunculum
meum dixiſſe intellexeras: nempe cum ille annuiſſet:cur er
go reuocabas : decem amplius uerſus hac tua interpellatio
ne perdidimus : tanta erat perſimonia temporis : Surge-
bat eſtate a luce:cœna hyeme intra primam noctis:& tan
quam aliqua lege cogente : hæc inter medios labores ur
biſq; fremitum: inſeceſſu ſolum balnei tempus ſtudiis exi
mabatur. Cum dico balnei de interioribus loquor. Nam

cum diſtringitur tergiturq; audiebat aliquid aut dictabat
in itinere: quaſi ſolutus cæteris curis: huic uni uacabat adla
tus notarius cuũ libro & pugillaribus: cuius manus hyeme
manicis muniebant: ut ne cæli quidem aſpitas illũ ſtudii
tempus eriperet. Qua ex cauſa romæ quoq; ſella uehebat
Repeto me correptũ ab eo cum ambularẽ: poteras inquit
has horas non perdere. Nam perire omne tp̃us arbitrabat
quod ſtudiis non impartiretur hac intẽtione tot iſta uolu
mina peregit: electorumq; cõmentarios Centũ ſexagita mihi
reliquit opiſtographis quidẽ et minutiſſimis ſtriptos. Qua
ratione multiplicatur hic numerus: referebat ipſe potuiſſe
ſe (cum pcuraſſet in hiſpania) uendere hos cõmentarios:
lartio larcino q̃drigentis milibus nummum & tunc aliquã
to pauciores erant. Nonne uidetur tibi recordãti quantum
legerit: q̃tum ſcripſerit: nec in officiis ullis nec in aı̃citia pri
cipis defuiſſe. Rurſus cum audis qd ſtudiis laboris impen
derit: nec ſcripſiſſe ſatis: nec legiſſe. Quod eſt enı̃ quod aũt
nõ ille accupatõs impedire: aut hæc inſtantia nõ poſſit ef
ficere. Itaq; ſoleo ridere cum me quidã ſtudioſum uocant:
qui ſi cõparer illi ſim deſidioſiſſimus: quẽ partim publica:
partim officia aı̃corum diſtringũt. Quis ex iſtis qui tota uita
litteris aſſideret: collatus illi: nõ quaſi ſomno & inertiæ de
ditus erubeſcat? Extendi epiſtolam: cum hoc ſolum: q re
qrebas: reſcribere deſtinaſſem: quos liberos reliquiſſet con
fido tamen hæc quoq; tibi non minus grata: q̃ ipos libros
futura. Que te non tãtum ad legendos eos: uerum etiã ad
ſimile aliquid elaborãdum poſſunt æmulationis ſtimulis
excitare uale

¶ Signum chorinthium vii

GAius pli. Seuero ſuo. S. Ex heriditate quæ mihi
obuenit: emi proxime Corinthiũ ſignũ modicũ

Quidem

quidem:ſed feſtiuũ et exp̃ſſum:q̃tum ego ſapio:qui fortaſ
ſe in omni re:in hac certe perq̃exiguũ ſapio: hoc tñ ſignũ
ego quoq; intelligo:Eſt enĩ nudũ nec aut uicia: ſi qua ſunt
celat:aut laudes paꝝ oſtentat:Effingit ſenem ſtantem:oſſa
muſculi:nerui:uenæ:rugæ:etiã ut ſpirantis apparẽt.Rari et
cedentes capilli.lata frons:cõtracta facies:exile collũ:pẽdẽt
lacerti:papillæ iacent: receſſit uenter: Atergo quoq; eadem
ætas ut ante es ip̃m(q̃tum uerus color indicat)uetus & an
tiquũ:talia deniq; omĩa:ut poſſint artificũ oculos tenẽ de
lectare impitoꝝ.Quod me tanq̃ tyrunculum ſolicitauit ad
emendũ.Emi autẽ non ut haberẽ domi(neq; enĩ ullum ad
huc corinthiũ domi habeo). Veꝝ ut in p̃ria noſtra celebri
loco ponerem:ac potiſſimũ in iouis templo:uidetur enĩ di
gnum tẽplo:dignũ deo donum. Tu ergo(ut ſoles omnia
quæ a me tibi iniũguntur)ſuſcipe hanc curã et iam nũc iu-
be baſim fieri:ex quo uoles marmore:quæ nom̃ meũ hono
reſq; capait:ſi hos quoq; putabis addẽdos: ego ſignũ ip̃m
(ut primũ inuenero aliquẽ: qui non grauet̃)mictã tibi uel
ipſe(quod maius)afferam mecũ:deſtino enĩ: ſi tam̃ officii
ratio permiſerit:excurrere iſto. Gaudes ꝙ me uenturũ eſſe
polliceor.Sed cõtrahes frontẽ:cum adiecero:ad paucos di
es: nec enĩ diutius ab eſſe me eadem hæc quæ nondũ exieñ
patiuntur. Vale

vii

¶ Mors ſpõtanea ſilii:moreſq; et hũana fragilitas

GAius plini.Caninio ruffo.S. Modo nũciatus eſt
ſilus italicus in neapolitano ſuo inedia finiſſe u
tam.Cauſa mortis ualitudo erat:illi natus iſanabilis clauus
Cuius tedio ad mortem irreuocabili cõſtantia decurrit: uſ
q; ad ſũmum diem beatus & fælix: niſi quod minorẽ ex li
beris duobus amiſit. Sed maiorem meliorem florentemq;

atq; etiam conſularem reliqt:leſerat famā ſuam ſub nerone
credebatᷣ ſponte accuſaſſe. Sed in uitelii aīcitia ſapiēter ſe et
comitere geſſerat . Exprocōſulatu aſiæ gloriā reportauerat
maculam ueteris induſtriæ:laudabili otio abluerat:fuit īter
pricipes ciuitatis ſine potēcia ſine īuidia:ſalutabatᷣ :colebatᷣ
multūq; in lectulo iacens:cubiculo ſemp.nō ex fortuna fre
q̄nti doctiſſimis ſermoībus diē tranſigebat: cū aſcribendo
uacaret. Scribebat carmīa maiore cura q̄ ingenio. Nō nūq̄
iuditia hoīnum recitatōibus experiebatᷣ .Nouiſſime ita ſua
dentibus ānis ab urbe ſeceſſit:ſeq; in cāpania tenuit: ac ne
aduentu qdem noui pricipis inde amotus eſt. Magna cæſa
ris laus:ſub quo hoc liberꝝ fuit:magna illius: q hac liberta
te auſus ē uti. Erat amator pulchritudīs:ſtudioſus hoēſtoꝝ φιλόκαλος
uſq; ad emacitatis rep̄henſionē : plures iiſdē in locis uilas
poſſidebat:adamatiſq; nouis priores negligebat multū ubi
q; libroꝝ:multū ſtatuaꝝ:multū ymaginum: quas non mō
habebat:ueꝝ etiā uenerabatur:uirgilii añ omēs. Cuius na-
talem religioſius q̄ ſuū celebrabat:neapoli maxīe: ubi mo-
numentū eius adire ut tēplum ſolebat:in hac tranquillitate
annum qntum & ſeptuageſimū exceſſit delicato magis cor
pore q̄ infirmo. Vtq; nouiſſimus a nerone factus eſt cōſul:
ita poſtremus ex oībus:quos nero conſules fecerat:deceſſit
Illud etiam notabile ultimus ex neronianis cōſularibus ob
iit:quo cōſule nero periit. Quod me recordantē fragilita-
tis hūanæ: miſeratio ſubiit. Quid enī tam circūciſū:tā bre
ue q̄ hoīs uita longiſſima an non uidetᷣ tibi:nero mō fuiſſe
cum interī ex his:qui ſub illo geſſerūt cōſulatū: nemo iam
ſuperē quāq̄ qd hec mirorᷣ. Nup lucius piſo:pr̄ piſōis illius
qui a ualerio feſto pſummū facinus in africa occiſus ē dicerᷣ
ſolebat. Neminē ſe uidere in ſenatu: quē cōſul ipſe ſentētiā

rogauiſſet. Tam anguſtis terminis: tãtæ multitudinis uiuacitas ipſa concluditur: ut mihi non uenia ſolum digne uer̃ etiã laude uideant̃: illæ regiæ lacrĩæ. Nam ferũt xerſem: cũ immenſum exercitũ oculis obiſſet: illachrimaſſe ꝙ tot milibus tam breuis imineret occaſus: Sed tanto magis hoc qc quid eſt temporis futilis & caduci: ſi non datur fatis. Nam hor̃ materra ĩ aliena manu certe ſtudiis ꝓferamus. Et quatenus nobis denegatur diu uiuere relinquamus aliqd quo nos uixiſſe teſtemur. Scio te ſtimulis non egere: me tñ tui caritas euocat: ut currentẽ quoq; inſtigem ſicut tu ſoles me

Cum inuicem ſe mutuis exhortactiõibus aĩci ad amorẽ ĩmortalitatis exacuũt. u. viii

¶ Tribunatus transferẽdus a ſuetoĩo in ceſeniniũ

GAius plinius. Suetonio tranqllo ſuo. s. Fatis pro cætera reuerentia: quã mihi præſtas ꝙ tam ſolcite petis: ut tribunatũ quem a neratio marcello clariſſimo uiro impetraui tibi: in ceſenniũ ſiluanũ propinquũ tuum tranſferam: mihi autẽ ſicut ẽ iocũdiſſimũ ipm̃ te tribunũ. ita nõ minus gratũ: aliũ p te uidere: neq; enĩ eſſe cõgruẽs arbitror quẽ auger̃ hõribus cupias huic pietatis titulos q ſũt oĩbus pulchriores honoribus: uideo enĩ (cũ ſit egregiũ & mereri bñficia & dare) utrãq; te laudẽ ſimul aſſecutur̃: ſi q̃ ipſe meruiſti alii tribuas: præterea expecto mihi quoq; gloriæ fore ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotũ: amicos meos nõ gerere tm̃ poſſe tribunatũ: ſed etiã dare. Quare ego uero honeſtiſſime uoluntati tuæ pareo. Neq; enĩ adhuc nom̃ in numeros relatum eſt: ideoq; liber̃ eſt nobis ſiluanũ in locũ tuum ſubdere cui cupio tam gratum eſſe: munus tuum: q̃ tibi meum eſt: Vale ix

¶ Cauſa legator̃ beticæ cõtra ceciliũ cõtraq; cõplures

Marcũ una Ciuitas pu̅

GAius plinius. Cornelio minutiano ſuo. S. Poſſũ
iam ſcribere tibi: q̃tum in publica ꝓuīciæ beticæ
cauſa laboris exhauſeri. Nam fuit multiplex ácta
qꝫ eſt ſæpius: cum magna uarietate. unde uarietas: unde plu
res actiones? Cecilius claſſicus homo fœdus & apte malus
proconſulatũ in ea non minus uiolẽter q̃ ſordide geſſerat
eodem anno quo in africa claſſicus inde dictũ beticoꝝ (ut
plerũqꝫ dolor etiã uenus facit) non illepidũ ferebatur: de
di malum et accepi. Sed marium una ciuitas publice: multi
qꝫ priuati reum peregerũt: in claſſicũ tota ꝓuintia incubuit
Ille accuſatione uel furtuita uel uoluntaria morte præuenit
Nam fuit mors eius infamis. ambigua tñ: ut enĩ credibile
uidebat᷑ uoluiſſe exire de uita (cum defendi nõ poſſet) ita
mirum pudorẽ dannatiõis morte fugiſſe: quẽ nõ puduiſſet
dannanda cõmictere. Nihilominus betica etiam Indefuncti
accuſatiõe perſtabat prouiſũ hoc legibus: intermiſſum tñ
et poſt longam intercapedinẽ tunc reductũ. Addiderunt
betici qꝫ ſimul ſocios miniſtroſqꝫ claſſici detulerũt nomina
timqꝫ in eos ĩquiſitionẽ poſtulauerũt. Aderam beticis: me
cumqꝫ lucius albinus: uir in dicendo copioſus ornatus:
quẽ ego cum olim mutuo diligerem ex hac officii ſocietate
amare ardentius cœpi habet qdem gloria: in ſtudiis preſer
tim qdam haud comunicabile. Nobis tñ nullum certamẽ
uulla cõtentio cum uterqꝫ pari iugo nõ pro ſe ſed ꝓ cauſa
niteretur. Cuius & magnitudo utilitas uiſa eſt poſtular̃ ne
tm̃ oneris ſingulis actiõibus ſubiremus: uerebamur ne nos
dies: ne uox: ne latera deficerent: ſi tot crimia: tot reos: uno
uelut faſce cõplecteremur. Deiñ ne iudiciũ intentio multis
nomibus multiſqꝫ cauſis: non laſſaret᷑ modo: uerum etiam
cõfunderetur. Mox ne gratia ſinguloꝝ collata atqꝫ ꝑmixta

pro ſingulis quoq; uires oīum reciperet.Poſtremo ne potē
tiſſimi uiliſſimo quoq; q̃ſi piaculari dato alienis pœnis ela
berent᷑: Et enī tunc maxime fauor & ambitio dn̄at᷑ cū ſub
aliqua ſpecie ſeueritatis deliteſcere pōt. Erat in conſilio ſer
torianū illud exēplū qui robuſtiſſimū & firmiſſimū militē
iuſſit caudam equi:Reliqua noſti.Nam nos quoq; tam nu
meroſum agmē reoꝝ: ita demū uidebamur poſſe ſuperare
ſi per ſingulos carperet᷑:placuit ĩprimis ipſum claſſicū oſtē
dere nocentē:hic actiſſimus ad ſocios eius & miniſtros trā
ſitus erat:quia ſocii miniſtriq; probari niſi illo nocente nō
poterant.Ex q̄bus duos ſtatim claſſico iunximus bebiū ꝓ
bum & fabium yſpanū:utrūq; gr̄a : yſpanū etiam facundia
ualidum:& circa claſſicum q̄dem breuis et expeditus labor
ſua manu reliquerat ſcriptū: q̄d ex quaq; re:quid ex quaq;
cauſa accepiſſet.Miſerat enī epiſtolas romam ad amiculam
quādam iactantes & glorioſas his quidē uerbis: io io liber
ad te uenio iam ſextercium q̄dragies redegi parte uendita
beticoꝝ.Circa yſpanū & ꝓbum multū ſudoris:hoꝝ ante q̄
crimina ingrederer neceſſariū credidi elaborare: ut cōſtaret
miniſteriū crimē eſſe. Quod niſi feciſſem:fruſtra miniſtros
probaſſem. Neq; enī ita defendebat᷑ ut negarēt.ſed ut ne
ceſſitati ueniam precarent᷑:eſſe enī ſe prouĩciales:et ad omē
procōſulū imperiū metu cogi . Solet dicere claudius reſtitu
tus(qui mihi reſpondit) uir exercitatus:& uigilans: & q̄li
bet ſubitis paratus: ſibi nūq̄ tantū caliginis:tantum pertur
batiōis offuſum: q̄ cū prærepta extorta defenſioni ſuæ cer
neret in quibus oēm fiduciam reponebat . Conſilii nr̄i exi
tus fuit bona claſſici:quæ habuiſſet ante prouinciā placuit
ſenatui a reliquis ſeperari:illa filiæ hæc ſpoliatis reliqui.Ad
ditum eſt:ut pecuniæ:quas creditoribus ſoluarat:reuocarē

prisco ibiennū i italia interdictū

tur:yſpanus & probus in qnquēniū relegati:adeo graue ui
ſum ē:quod initio dubitabat̄ an oīo crimē eſſet:poſt pau
cos dies claudium fuſcum claſſici generꝝ : & ſtiloniū priſcū
qui tribunus cohortis ſub claſſico fuerat accuſauimus dif
pari euentu:priſco in biēniū italia interdictū: abſolutus eſt
fuſcus:Actione tercia comodiſſimū putauimus plures con
gregare ne ſi longius eſſet extracta cognitio: ſacietate et te
dio quodā iuſtitia cognoſcentiū ſeueritaſqꝫ langueſceret.ali
oquī ſupererant minores rei data opa hunc in locū reſerua
tí excepta tam̄ claſſici uxore: quæ ſicut īplicita ſuſpitiōibus
ita non ſatis comuīci ꝓbationibus uiſa eſt. Nam claſſici fi
lia:quæ & ipſa inter reos erat ne ſuſpitionibns qdem here
bat.Itaqꝫ cum ad nomē eius in extrema actione ueniſſē(ne
qꝫ enī ut inicio:ſic etiā in fine uerendū erat:ne per hoc toti
us accuſatiōis autoritas minueret̄)honeſtiſſimū credidi nō
p̄mere immerentē:idqꝫ ipm dixi & libere & uarie . Nā mō
legatos interrogabā:docuiſſent ne me aliqd ꝙ probari poſ
ſet cōſiderent modo:cōſilum abſenatu petebam:putaret ne
debere me(ſiquā haberē in dicendo facultatē)ī iugulū īno
cētis quaſi telum aliqd intendere.Poſtremo totū locū hoc
fine cōcluſi:dicet aliquis iudicas ergo.Ego uero nō iudico:
memini tn̄ me aduocatū ex iudicibus datū :hic nūeroſiſſiæ
cauſæ terminus fuit:qbuſdam:abſolutis:pluribus dannatis
atqꝫ etiā relegatis:aliis in tempus:aliis imppetuū.Eodē ſena
tus conſulto induſtria fides cōſtantia nr̄a pleniſſio teſtimo
nio comprobata eſt:dignū ſolū par p̄cio tāti laboris: Cō
cipe anīo potes q̄ ſimus fatigati:qbus totiens agēdū totiēs
altercandū tam multi teſtes interrogādi:ſubleuādi refutādi
Iam illa q̄ ardua:q̄ moleſta:tot reoꝝ amicis ſecreto rogan-
tibus negare:aduerſantibus palam obſiſtere. Referam unū

aliqd ex oĩbus quæ dixi : cum mihi qdem e iudícibus ĩpis
pro reo gratioſiſſimo reclamarent . Non minus inquã hic
innocẽs erit: ſi ego omnia dixero coniectabis ex hoc q̃tas
cotentiones:quantas etiam offenſas ſubierimus:dum taxat
ad breue tẽpus. Nam fides in præſentia eos quibus reſiſtit
offendit.Deinde ab illis ipſis ſuſpicitur laudaturq;.Nõ po
tui te magis in rem præſentem perducere.dices nõ fuit tan
ti:quid enĩ mihi eſt cum tam longa epiſtola? Nolito ergo
identidem quærere:quid romæ geratur: & tamen memẽto
etiam non eſſe epiſtolam longam quæ tot dies:tot cogniti
ones:tot deniq; reos:cauſaſq; complexa ſit . Quæ omĩa ui
deor non minus mihi breuiter q̃ diligenter perſecutus. Te
mere dixi diligenter:ſuccurrit ꝙ præterieram & quidem ſe
ro :ſed quamq̃ præpoſtere reddet᷑ : facit hoc homerus mul
tiq; illius exemplo. Eſt alioquin per decoꝝ:tamen nõ ideo
fiat.E teſtibus quidam ſiue iratus quia euocatus eſſet ĩuitus
ſiue ſubornatus ab aliquo reoꝝ ut accuſationẽ exarmaret:
Norbanum lacinianũ legatum & inquiſitorẽ reum poſtula
uit tanq̃ in cauſa caſte(uxor hæc claſſici)præuaricaret᷑ . Eſt
lege tantũ ut reus ante peragat᷑ :tum de præuaricatiõe q̃ra
tur:uidelicet:quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris fi
des æſtimatur.Norbano tamẽ non ordo legis: non legati
nomẽ: non inquiſitionis offitium præſidio fuit:tanta con
flagrauit inuidia homo alioquĩ flagitioſus & domitiani tẽ
poribus uſus ut multi.Electusq; tunc a ꝓuintia ad inq̃rẽdũ
non tanq̃ bonus & fidelis. Sed tanq̃ claſſici inimicus (erat
enĩ ab illo relegatus)dari ſibi diem ad diluẽda crimina po
ſtulauit:neutrum impetrauit.Coactus eſt ſtatim reſponde
re :reſpondit.Malum prauumq; ingeniũ hominis facit: ut
dubitem confidenter an cõſiſtanter certe patiſſime obiecta

ſunt multa:quæ magis q̃ præuaricatio nocuerunt. Qui eti
am duo conſulares pomponius ruffus: & libo frugi leſerũt
eum teſtimonio:tamq̃ apud iudicem ſub domitiano ſaluii
liberalis accuſatoribus affuiſſet: dãnatus & in inſulam rele
gatus eſt.Itaqꝫ cum caſtam accuſarem: nihil magis preſſi q̃
ꝙ accuſator eius præuaricationis crimine corruiſſet: preſſi
non fruſtra: accidit tamẽ res contraria et noua:ut accuſato
re præuaricationis dannato rea ſolueretur. Queris qd nos
dum hæc agunẗ. Indicauimus ſenatui ex norbano didiciſ
ſe nos publicã cauſam : rurſuſqꝫ debere ex integro diſcere:
ſi ille præuaricator probaretur atqꝫ ita dum ille peragiẗ re-
us ſedimus.Poſtea Norbanus omnibus diebus cognitiõis
interfuit:Eandem uſqꝫ ad extremũ:uel conſtantiam: uel au
datiam pertulit:interrogo ipſe me:an aliquid omiſerim rur
ſus et rurſus pene omiſi.Sũmo die ſaluius liberalis reliquos
legatos grauiter increpauit tamq̃ non omnis quos mandaſ
ſet prouintia reos peregiſſent . Atqꝫ ut eſt uehemens et di
ſertus indiſcrimen adduxit.Protexi uiros optimos eoſdẽqꝫ
gratiſſimos: Mihi certe debere ſe prædicant:ꝙ illum turbi
nem euaſerint: hic erit epiſtolæ finis: reuera finis. litteram
non addã.etiã ſi aliqd ad hæc præteriiſſe me ſenſero. Vale

¶ Liber compoſitus pro filio defuncto xx

GAius plinius·Spurinæ et.Cleoticæ.Salutẽ. Com
poſuiſſe me quædam de filio ueſtro non dixi uo
bis cum proxime apud uos fui:primũ quia non ideo ſcrip
ſeram(ut dicerem)Sed ut meo amori:meo dolori ſatiſface
rem·deinde quia te Spurina cũ audiſſes recitaſſe me(ut ipẽ
mihi dixiſti)quid recitaſſem ſimul audiſſe credebam:præte
rea ueritus ſum ne uos feſtis diebus cõfunderẽ:ſi in memo
riam grauiſſimi luctus reduxiſſem. Nunc quoqꝫ pauliſper

heſitaui an ſolú quod recitaui mictere exigétibus uobis:an adiicerem quod in aliud uolumé cogito reſeruaṙ. Neq; eni affectibus meis uno libello cariſſimā mihi & ſanctiſſimam memoriā proſequi ſatis eſt:cuiuſ famæ latius conſuleretur: ſi diſpenſata et digeſta fuerit uerú heſitanti mihi (oīa quæ iam cōpoſui) uobis exhiberem : an adhuc aliqua differré: ſimplicius & amicius uiſum eſt omnia præcipue: cum affir metis intra uos futura:donec placeat emictere. Quod ſup eſt rogo ut pari ſimplicitate:ſiqua exiſtiabitis addenda có mutanda:omicteda indicetis:mihi difficile eſt huc uſq; ani mú intendere indolore:difficile:ſed tamé ut ſculptorem ut pictorem:qui filii ueſteri ymaginé faceret āmoueritis:quid exprimere qd emendare deberet:ita me quoq; formate re-gite qui non fragilé & caducam : ſed immortalem : ut uos putatis effigié conor efficere:quæ hoc diuturnior erit: quo melior uerior:abſolutior fuerit. Vale

¶ Gratuitú donú eiuſq; prædicatio xxi

GAius.pli.Iulio genitori ſuo.S.Eſt oīo artemidori nr̄i tam benigna natura:ut offitia amicoꝝ in ma ius extollat: iñ etiā meū meritú ut uera:ita ſupra meritú p̄di catiōe circúfert.Eqdé cú eſſent philoſophi ab urbe ſubmoti fui apud illú iſuburbano & quo notabilius hoc eſt piculoſi us eſſet:fui p̄tor:pecuniā etiā:q̄ túc illi āpliora opus erat:ut æs alienú exolueret cōtractú ex pulcherris cauſis:muſſanti-bus magnis qbuſdā:& locupletibus aīcis:mutuatus ipe gra tuitā dedi:atq; ita hoc feci cú ſepté aīcis meis aut occiſis:aut relegatis: occiſis ſenectiōe:ruſtico:heluidio:relegatis:Mau rico: gracilla: Arria: fannia tot circa me iactis fulminibus quaſi combuſtis mihi quoq; impendere idem exitiú certis qbuſdā notis augurarer:nó ideo tñ eximiā gloriā meruiſſe

me(ut ille predicat) credo: ſed tantū effugiſſe flagicium. Nam &.q.muſonium ſocerum eius: quantum licitum eſt per ætatem: cum admiratiōe dilexi:& artemidorum ipſum iam tum cum in ſyria tribunus militarem arcta familiaritate complexus ſum. Idq; primum non nullius indolis: dedi ſpecimen ꝙ uirum aut ſapientem: aut ꝓximum ſimilimūq; ſapienti intelligere ſum uiſus. Nam ex omibus: quos nunc philpſophos uocant: uix unū aut alterum inuenies tanta ſiceritate tāta uaritate. Micto qua patiētia corporis hyemes iuxta & æſtates ferat ut nullis laboribus cedat: ut nihil incibo: in potu uoluptatibus tribuat: ut oculos aīūq; cōtineat. Sūt hæc magna: ſed in alio in hoc uero minima: ſi cæteris uirtutibus cōperent᷑: quibus meruit: ut a.q.muſonio ex oībus oīum ordinum aſſectatoribus gener aſſumeret᷑. Quæ mihi recordanti eſt quidem iucundū ꝙ me cum apud alios tum apud te tantis laudibus cumulat: uereor tñ ne modum excedat: quē benignitas eius (illuc enī reuertor ūde cœpi) non ſolet tenere. Nam in hoc uno interdū: uir alioquī prudentiſſimus honeſto quidem: ſed tamen errore uerſatur ꝙ pluris: amicos ſuos q̄ ſunt arbitratur. Vale

Cœna moduſq; cœnæ ſeruandus xxii

GAius plinius. Catino ſeuero ſuo. S: Veniā ad cœnā ſed iam nūc paciſcor: ſit expedita: ſit parca ſocraticis tamē ſermōibus abūde: in his quoq; teneat modū Erunt offitia ante lucana in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit. Quem tamen. C. Cæſar ita reprehendit ut laudet: deſcrbit enī eos qbus obuius fuerit: cū caput ebrii r̄texiſſēt erubuiſſe: deīde adiicit: putares nō ab illis catonē: ſed illos a catone dep̄hēſos. potuit ne plus autoritas tribui Catōi q̄ ſi ebrius quoq; tā uenerabilis erat nr̄æ tam̄ cœnæ

ut apparatus & ĩpẽdii:ſic tẽporis modus conſtet:neq; eñi ii
ſumus quos uitupare ne ĩimici q̄dem poſſint niſi ut ſimul
laudẽt. V. Actio ſeu liber corrigẽdus:et modus cõponẽdi
GAi. pli. Voconio. Romano ſuo. s: Libꝝ quo xiii
nup optio principi cõſul grãs egi miſi exigẽti tibi
miſſurus et ſi nõ exegiſſes ĩ hoc cõſideres ueli ut pul
chritudinẽ materiæ: ita dificultatẽ: ĩ cæteris eñi lectorẽ no
uitas ipa ĩtentũ habet: ĩ hoc nota uulgata dicta ſũt oĩa: quo
fit ut q̄ſi otioſus ſecuruſq; letor tñ elocutiõi uacet: in q̄ ſatiſ
facere dificilius ẽ: cũ ſola exiſtimat̃ atq; utinã ordo ſaltẽ et
trãſitus: et figurꝫ ſimul ſpectarẽt̃. Nã ĩuenire p̃dare: enũciare
magnifice: ĩterdũ etiã barbari ſolẽt. Diſponerꝫ apte: figurate
uarie: niſi eruditis negatũ ẽ: nec uero affectãda ſẽp elata ſũt
et excelſa: nã ut ĩ pictura lumẽ nõ alia res magis q̄ ũbra cõ
mẽdat: ita oꝛonẽ tã ſubmictere q̄ attollere decet. Sed q̄d e
go hæc doctiſſimo uiro: Qui potius illud annota quæ pu
taueris corrigẽda. Ita eñi magis credã cætera tibi placere ſi
q̄dã diſplicuiſſe cognouero. V. Paſſio macedõis a ſeruis
GAi. pli. Attilio ſuo: s. Rẽ atrocẽ nec tñ ep̃la xiiii
dignã: largius macedo uir prætorius a ſeruis ſuis
paſſus ẽ. Sup̃bus alioq̄n dñs & ſeuus: & q ſeruiſ
ſe p̃rem ſuũ paꝝ ĩmo minimũ memiſſet: lauabat̃ ĩ uilla fori
ana r̃pẽte eũ ſerui circũſiſtũt: alius fauces ĩuadit: alius os uer
berat: alius pectus: et uẽtrẽ atq; etiã (fœdũ dictu) uerẽda cõ
tũdit: & cũ exaĩmẽ putarẽt abiiciũt ĩferuẽs pauimentũ: ut ex
perirent̃ an uiueret. Ille ſiue q̄a nõ ſentiebat: ſiue q̄a nõ ſen
tirꝫ ſimulabat imobilis et extẽtus fidẽ pactæ mortis ĩpleuit
Tũ demũ q̄ſi æſtu ſolutus effertur: excipiũt ſerui fideliores:
cõcubinæ cũ ululatu & claõre cõcurrũt: ita et uocibus excita
tus: et recreatus loci frigore: ſublatiſ oculiſ agitatoq; corporꝫ

uiuere ſe(& iam tutũ erat)cõfitetur diffugiũt ſerui quorum
magna pars cõprehẽſa erat: cæteri reqrunt :ipe paucis die
bus ægre focillatus non ſine ultionis ſolatio deceſſit:ita ui
uus uĩdicatus:ut occiſi ſelent:uides quot periculis:quot cõ
tumeliis: quot ludibriis ſimus obnoxii:nec ẽ ꝙ quiſq̃ poſ
ſit eſſe ſecurus quia ſit remiſſus et mitis.Nõ enĩ iudicio do
mini: ſed ſcelere perimũtur.Verꝝ hæc hactenus.Quid præ
terea noui qd nihil alioqn ſubiũgerẽ. Nam & carta adhuc
ſupereſt:& dies feriatus patitur plura contexi. Addam ꝙ
oportune de eodem Macedone ſuccurrit : cum in publico
romæ lauaretur notabilis atq; etiã(ut exitus docuit) omi
noſa res accidit.Eques romanus a ſeruo eius: ut tranſitum
daret:manu leuiter admonitus cõuertit ſe: nec ſeruũ a quo
erat tactus:ſed ip̃m macedonẽ tam grauiter palma pcuſſit:
ut pene concideret:ita balneũ illi:quaſi per gradus quoſdã
primũ cõtumeliæ locus: deinde exitii fuit.Vale

¶ Examinatio libellorꝝ XV

GAius plini. Proculo ſuo.S. Petis ut libellos tuos
in ſeceſſu legam. Examinẽ an edictiõe ſint digni
adhibes p̃ces : allegas exẽplũ . Rogas enĩ ut aliqd ſucceſſu
temporis ſtudiis meis ſubtraham ĩpertiã tuis addiicis :M:
tullium mira benignitate poetarꝝ ĩgenia fuiſſe:Sed ego nec
rogandus ſum:nec hortandus : Nam & poeticen ip̃am reli
gioſiſſime ueneror:& te ualidiſſime diligo.faciã ergo quod
deſideras: tam diligenter:q̃ libenter:uideor autẽ iam nunc
poſſe reſcriber̃ eſſe opus pulchrꝝ nec ſupp̃mẽdũ q̃ti exiſti
mare licuit:ex iis q̃ me pñte recitaſti:ſi mõ mihi nõ ĩpoſuit
recitatio tua:legis enĩ ſuauiſſie & peritiſſie . Confido tñ me
nõ ſic auribus duci : ut oĩs aculei iudicii mei illarꝝ delinimẽ
tis refrĩgãtur: hebetãtur fortaſſe et paululũ retũdãt :Reuelli

quidem extorqueriq; non poſſunt:igit᷑ non temere iā nūc de uniuerſitate prouīcio de ꝑtibus experiar legendo. Vale

¶ Fortitudo animi arriæ mulieris xvi

GAius plinius. Nepoti ſuo. S. Annotaſſe uideor facta dictaq; uiroꝝ:femīaꝝq;: alia clariora eſſe:alia maiora: confirmata ē opinio mea heſterno fanniæ ſermōe Neptis hæc arriæ:illius quæ marito & ſolatiū mortis & exemplū fuit. Multa referebat auiæ ſuæ non minora hoc:ſed obſcuriora:quæ tibi tam exiſtimo mirabilia legenti fore q̄ mihi audiēti fuerunt. Egrotabat cecina petus maritus eius ægrotabat & filius:uterq; mortifere ut uidebat᷑:filius deceſſit eximia pulchritudine:pari uerecundia:& parentibus nō minus ob alia carus q̄ ꝙ filius erat. Huic illa ita funus parauit:ita duxit exeq̄as ut ignoraret maritus:q̄nimo quotiens cubiculum eius ītraret:filium uiuere atq; etiā comodiorem eſſe ſimulabat. Ac perſæpe interrogāti quid ageret puer reſpondebat bene quieuit:libenter cibum ſumpſit:deinde cū diu cohibitæ lachrimæ uīcerent ꝓrumperentq; egrediebat᷑ tum ſe dolori dabat. Saciata ſiccis oculis:compoſito uultu redibat tanq̄ orbitatem foris reliquiſſet: præclarum q̄dē illud eiuſdem ferrum ſtringere: perfodere pectus: extrahere pugionē : porrigere marito: addere uocē īmortalē ac pene diuinā;pete nō dolet: ſed tn̄ iſta facienti dicētiq; gloria et eternitas an̄ oculos erāt. Quo maius ē ſine ꝑmio æteritatis ſue ꝑmio gloriæ: abdere lachrimas: opiere luctū amiſſoq; filio etiā matrē ad huc agere᷑. Scriboīanus arma ilirico contra claudiū mouerat:fuerat petus in ꝑtibus occiſo:ſcriboīo Romā trahebat᷑:erat aſcenſurus nauē: arria milites orabat ut ſimul īponeret᷑:nēpe enī inq̄t. daturi eſtis cōſulari uiro ſeruulos aliquos:quoꝝ e manu cibos capiat aq̄bus ueſtiat᷑

a quibus calcietur omĩa ſola præſtabo. Non impetrauit: cõ
duxit piſcatoriã nauiculam: ĩgenſq; nauigiũ minimo ſecuta
eſt Eadem apud claudiũ uxori ſcriboniam (cum illa ꝓfitere
tur iuditium). Ego inquit audiam cuius ĩgremio ſcribonia
nus occiſus eſt et uiuis: Ex quo manifeſtũ eſt ei cõſiliũ pul
cherrimæ mortis non ſubitum fuiſſe. Quin etiã cum traſea
gener eius deprecaret̃ ne mori pergeret: interq; alia dixiſſe
Tu uis ergo filiam tuã: ſi mihi pereundũ fuerit: mori me
cum. Reſpondit ſi tam diu tãtaq; cõcordia uixerit tecũ: q̃ta
ego cum peto uolo. Auxerat hoc reſponſo curã ſuoꝝ actẽ
tius cuſtodiebatur. Senſit et nihil agitis inquit: poteſtis eni
efficere ut male: ne moriar nõ poteſtis dum hæc dicit exiliit
cathedram aduerſoq; parieti caput ingẽti impetu impegit
et corruit: focillata dixeram inqt uobis inuenturã me quã
libet durã ad mortem uiã: ſi uos facilẽ negaſſetis: uident̃
ne tibi hæc maiora illo pete non dolet: ad quod per hoc ꝑ
uentum eſt: cum interim illud quidem: ĩgens fama hoc nul
la circumfert: unde colligitur ꝙ initio dixi alia clariora eſſe
alia maiora. Vale

¶ Suſpenſio aĩ & anxietas plinii xvii

GAius plinius. Seruiano ſuo. S. Recte ne omĩa ꝙ
iam pridem epiſtolæ tuæ ceſſant: an non omnia
recte: ſed occupatus es tu? an tu nõ occupatus. Sed occaſio
ſcribẽdi uel raro uel nulla; Exime hunc mihi ſcrupulum: cui
par eſſe nõ poſſũ. Exime aũt uel data opa. Tabellario miſſo
ego uiaticũ: ego etiam p̃miũ dabo: nũciet mõ ꝙ opto ipe
ualeo ſi ualer̃ ẽ ſuſpẽſũ et auxiũ uiuere: Expectantẽ in ho
ras timẽteq; ꝓ capite aĩciſſio qcq̇d accidere hoĩ põt. Vale

¶ Actio plinii cõſulis g̃ras q̃ principi egit xviii

GAi. pl: C. ſeuero ſuo: s: offitiũ cõſulatus ĩiũxit mhi ut

rei publicæ nomine principi gr̃as agerē. Quod ego in ſe
natu cū ad rōnē et loci & tēporis ex more feciſſem bono ciui
conuenientiſſimum credidi: eadē illa ſpacioſius & uberius
uoluie āplecti: primū ut ĩpatori nr̃o uirtutes ſuæ ueris lau
dibus cōmendarent̃. Deiñ ut futuri prĩcipes nō quaſi a ma
giſtro: ſed tñ ſub exēplo præmonerent̃: qua potiſſimū uia
poſſent ad eandē gloriā niti. Nam præcipere q̃lis eſſe debe
at prĩceps: pulchrū q̃dem ſed oneroſum: ac ꝓpe ſuperbum
eſt: laudare uero optimū principē ac per hoc poſteris uelut
eſpecula lumē ꝙ ſequāt̃ oſtendere: idem utilitatis habet ar
rogātiæ nihil. Cœpi autē nō mediocrē uoluptatē: ꝙ hunc
librū cum aĩcis recitare uoluiſſem: non per codicillos: nō ꝑ
libellos: Sed ſi comodū eſſet et ſi ualde uacaret admoniti:
nunq̃ aut ualde uacat romæ aut comodum eſt audire re
citantē: fœdiſſimis inſup tēpeſtatibus per biduū cōuenerūt
Cūq; modeſtia mea; finē recitacioni facere uoluiſſet: ut adii
cerem. tertiū diē exegerūt. Mihi hunc honorē habitū putē:
an ſtudiis? Studiis malo quæ ꝓpe extincta refouēt̃: at cui
materiæ hanc ſedulitatē p̄ſtiterūt. Nēpe quā in ſenatu quo
q; ubi perpeti neceſſe erat: grauari tñ uel pūcto temporis
ſolebamus eadem nunc et qui recitare: & qui audire triduo
uelintinueniuntur: non quia eloquētius q̃ prius: ſed quia
liberius: ideoq; etiam libentius ſcribitur. Accedet ergo hoc
quoq; laudibus principis nr̃i: quod res antea tam inuiſa
q̃ falſa nūc ut uera ita amabilis facta eſt ſed ego cum ſtudi
um audientium tū iuditiū mire probaui: aduerti enī ſeue
riſſima quæq;: uel maxime ſatiſfacere. Memini quidem
me nō multis recitaſſe quod omnibus ſcripſi: nihilominus
tamen tamquā ſit eadem omnium futura ſententia: hac ſe
ueritate. Aurium letor. Ac ſicut olim theatra male muſicos

canere docuerũt ita nunc inſpeciem adducor poſſe fieri: ut eadem theatra bene canere muſicos doceãt. Omẽs eni quí placendi cauſa ſcribunt:qualia placere uiderint ſcribent:at mihi qdẽ cõfido in hoc genere mateiræ latioris ſtili cõſtarẽ rõnem cum ea potius:quæ preſſius & aſtrictius:q̃ illa quæ hylarius & quaſi exultantius ſcripſi:poſſint uideri accerſita & inducta. Non ideo tñ ſegnius precor:ut q̃nq; ueniat dies (utiamq; iã uenerit) quo auſteris illis:ſeueriſq; dulcia hæc blandaq; uel iuſta poſſeſſione decedãt:habes acta mea tridui:quibus cognitis uolui te tm̃ uoluptatis abſentẽ & ſtudioꝝ noie:& meo capere:q̃tũ p̃ſens percipere potuiſſes. V

¶ Cõſiliũ & deliberacio prædioꝝ emẽdoꝝ ix

GAius plinius. Caluiſio ſuo: S: Aſſumo te incõſilium rei familiaris (ut ſoleo) prædia agris meis uicina atq; etiã inſerta: uenalia ſunt: in his me multa ſolicitant:aliqua nec minora deterrent. Solicitat primũ ip̃a pulchritudo iungendi: deinde q̇ non minus utile q̃ uoluptuoſum:poſſe utraq; eadem opera eodem uiatico inuiſere ſub eodem ꝓcuratore ac pene iſdem autoribus habere: unã uillam colere & ornare:alteram tantũ tueri: ineſt huic cõputationi ſumptus. ſuppellectilis:ſũptus atrienſium topiariorũ fabroꝝ:atq; etiam uenatorii inſtrumenti : quæ plurimum refert unũ in locum cõferas an in diuerſa diſpergas. Cõtra uereor ne ſit in cautum rem tam magnam iiſdẽq; tẽpeſtatibus:iiſdem caſibus. ſubdere. Tutius uidet̃ incerta fortunæ poſſeſſionum uarietatibus experiri : habet etiã multum iocunditatis ſoli cæliq; mutacio:ipſaq; illa peregrinatio inter ſita:iam : quod deliberationis nr̃æ caput eſt:agri ſunt fertiles. pigues: aquoſi: Conſtat cãpis:uineis:ſiluis: quæ materiam:& ex ea redditum ſicut modicum ita ſtatum præſtant:

Sed hæc

Sed hæc fœlicitas terræ ĩbecillis cultoribus fatigat̃. Nam poſſeſſor prior ſæpe uendidit pignora:& dũ reliq̃ colonoꝝ minuit ad tẽpus uires in poſterũ exhauſit:quaꝝ defectione rurſus reliqua creuerunt. Sunt ergo inſtruendi eo plures ꝙ frugi mãcipiis. Nam nec ipe uſq̃ uictos habeo:nec ibi qſq̃ ſupereſt:ut ſcias quãti uideat̃ poſſe emi ſextercio tricies nõ quia non aliquãdo qnquagies fuerit. Veꝝ & hac penuria colonoꝝ & cõmuni tẽporis iniqtate:ut redditus agroꝝ ſic etiã preciũ retro abiit. Queris an hoc ipm tricies facile colligere poſſimus. Sum qdem ꝓpe totus in prædiis aliquid tñ fœnore:nec moleſtũ erit mutuari. Accipiã a ſocru cuius archa nõ ſecus ac mea utor:proinde hoc te non moueat: ſi cætera nõ refragantur:quæ uelim q̃ diligẽtiſſime examines Nam cum in oĩbus rebus tũ ĩ diſponẽdis facultatibus plurimũ tibi & uſus & ꝓuidentiæ ſupeſt. Vale

Legis tabellariæ contentio xx

GAius plinius. Meſio maximo. S. Meminiſti ne te ſæpe legiſſe quantas cõtentiones excitarit:lex tabellaria:q̃tamq; ipſi latori:uel gloriæ: uel rephenſiõis actulerit:ac nũc in ſenatu ſine ulla diſſenſione(hoc qdem ut optimũ placuit)oẽs comitioꝝ die tabellas poſtulauerũt. Exceſſeramus ſane maĩfeſtis illis: apertiſq; ſuffragiis licentiã concionũ:non tempus loquendi:non tacendi modeſtia:nõ deniq; ſedendi dignitas cuſtodiebat̃. Magni ũdiq; diſſoniq; clamores:precurrebãt oẽs cum ſuis cãdidatis. Multa agmina in medio multiq; circuli:& indecora confuſio. Adeo deſciueramus a conſuetudine parentũ apud quos oĩa diſpoſita:moderata:tranqlla:maieſtatem loci: pudorẽq; retinebãt Superſunt ſenes: ex quibus audire. ſoleo hũc ordinẽ comitioꝝ(citato nomine candidati)ſilentium ſũmũ dicebat ipe

ei

pro ſe:explicabat uitam ſuã:teſtes et laudatores dabat:uel eũ ſub quo militauerat:uel eũ cui quæſtor fuerat:uel utrũq; ſi poterat:addebat quoſdã ex ſuffragatoribus: illi grauiter et paucis loquebant̃:plus hoc q̃ præces ꝓderat. Nonnũq̃ candidatus aut nataleſ cõpetitoris:aut ãnos:aut etiã mores arguebat. Audiebat ſenatus grauitate cenſoria. Ita ſæpius digni q̃ gratioſi præualebãt. Quæ nũc ĩ modico fauor̃ cor rupta ad tacita ſuffragia:quaſi ad remedium decurrerũt: qꝛ interĩ plane remedium fuit. Erat enĩ nouũ & ſubitũ. Sed ue reor ne procedẽte tempore ex ipo r̃medio uitia naſcantur. Eſt enim ꝑiculũ ne tacitis ſuffragiis impudentia irrepat. Nã quoto cuiq; eadẽ honeſtatis cura ſecreto:quæ palã ẽ? multi famã pauci cõſciẽtiam uerent̃:ſed nimis cito de futuris. In terim benefitio tabellarũ hẽbimus magiſtratus:qui maxĩe fieri debuerũt. Nam ut in recuperatoriis iudiciis:ſic nos ĩ his comitiis q̃ſi repente apprehenſi:ſinceri iudices fuimus:hæc tibi ſcripſi primũ ut aliq̃d noui ſcriberem? Deinde ut non nunq̃ de re publica loquerer. cuius materiæ nobis q̃to rari or q̃ ueteribus occaſio tanto minus omictẽda ẽ:& hercule quouſq; illa uulgaria? quid agis? eho quid? comode uales? habeant nr̃æ quoq; litteræ aliq̃d non humile:nec ſordidũ: nec priuatis rebus incluſum. Sunt q̃dem cũcta ſub unius ar bitrio:qui pro utilitate cõmuni ſoluſ oĩum curas laboreſq; ſuſcepit. Quidã tñ ſalubri tẽperamẽto ad nos quoq; uelut riui ex illo benigniſſimo fonte decurrunt: quos et haurire ipi:& abſẽtibus aĩcis q̃ſi miſtrare epiſtolis poſſumus: Vale

Mors ualerii marcialis & uerſiculi ꝑ plinio. xxi.

GAius plinius. Cornelio priſco ſuo. S. Audio Va lerium marcialem deceſſiſſe:& moleſte fero. Erat homo ingenioſus:acutus:acer:& qui plurimũ in ſcribendo

& ſalis haberet & fellis:nec candoris minus:Proſecutuſ erã uiatico ſe cedentẽ : dederã hoc aĩcitiæ:dederam etiam uerſiculis:quos de me cõpoſuit:fuit moris antiquis eos: uel q ſingulorꝝ laudes:uel urbiũ ſcripſerant: aut honoribus :aut pecuĩa ornare.Noſtris uero tpibus:ut alia ſpecioſa & egregia ita hoc ĩ primis exoleuit.Nam poſtq̃ deſiimus facer̃ laudanda:laudari quoq; ineptũ putamus:Queris q ſunt uerſiculi qbus gr̃as retuli? Remicterem te ad ip̃m uolumen niſi quoſdam tenerẽ:tu ſi placuerit hi ;cæteros in libro reqres. Alloquit̃ muſam:mandat ut domũ meam exquiliis reqrat adeat reuerẽter.Sed ne tempore non tuo :diſertam pulſes: ebria ianuam uide:Totos dat tetrice dies mineruæ:dũ centum ſtudet auribus uirorum:hoc:ꝗ ſecla poſteriq; poſſint arpinis quoq; comparare chartis:Seras tutior ibis ad lucernas hec hora eſt.qua cum fuerit lieus cum regnat roſa: cũ madent capilli:tunc me uel rigidi legant Catones: Merito ne eum qui hæc de me ſcripſit.& tunc dimiſi amiciſſime:& nunc ut amiciſſimum defunctum eſſe doleo: dedit enĩ mihi quantum maximũ potuit:daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homĩ poteſt dari maius q̃ gloria:laus:& æternitas:at nõ erunt æterna quæ ſcripſit non erunt fortaſſe:il le tñ ſcripſit tanq̃ eſſent futura. Vale.

nota

¶ Caii Plinii Iunioris epiſtolarꝝ liber quartus

¶ Profectio Plinii & uxoris ad proſocerum .i.

GAius Pli.proſocero ſuo.S.Cupis poſt lõgũ tẽpus neptẽ tuã:meq; una uidere.Gratum ẽ utriq; nr̃m quod cupis: mutuo me hercule: Nam inuicẽ nos incredibili quodam deſiderio ueſtri tenemur:ꝗ non ultra differemus: atq; adeo iã ſarcinulas alligauimus feſtinaturi q̃tum itineris ratio pmiſeri

Erit una ſed breuis mora: deflectemus in tuſcos : non ut a
gros remq; familiarem oculis ſubiiciamus(id enim poſtpo
ni poteſt)ſed ut fungamur neceſſario officio: opidum eſt:
prædiis noſtris uicinũ nomen tiferniũ tiberinũ:ꝗ me pene
adhuc puerũ patronũ cooptauit:tanto maiore ſtudio :q̃to
minore iudicio aduentus meos celebrat: ꝓfectionibus an
gitur:honoribus gaudet:in hoc ego ut referrẽ gratiã(nam
uinci in amore turpiſſimũ eſt). Templum pecunia mea ex
truxi:cuius dedicationẽ(cũ ſit paratũ)differre longius irre
ligioſum eſt.Erimus epulo ergo ibi dedicatiois die quẽ ce
lebrare conſtitui:ſubſiſtemus fortaſſe & ſequenti:ſed tanto
magis uiã ipſam corripiemus . Cõtingat modo te filiamq;
tuã fortes inuenire:Nam hylares certũ eſt ſi nos incolumes
receperitis. Vale

¶ Mors filii reguli. .ii.

GAius Pli. Climenti ſuo. S. Regulus filiũ amiſit: hoc
uno malo ĩdignus:quod neſcio an malũ putet:erat
puer acris ingenii ſed ambigui qui tñ poſſet recta ſectari ſi
patrẽ nõ referret. Hunc regulus emancipauit :ut heres ma
tris exiſteret. mancipatũ(ita uulgo ex moribus hois loque
batur feda & inſolita parẽtibus indulgentiæ ſimulatione)
captabat incredibile:ſed regulũ cogita:amiſſum tñ:luget in
ſane habebat puer mãnulos multos & uinctos & ſolutos:
hẽbat canes maiores minoreſq;:habebat luſcinias: pſitacos
merulas:oẽs regulus circa rogũ trucidauit: nec dolor erat
ille:ſed oſtẽtatio doloris:Cõuenit̃ ad eum mira celebritate
cũcti deteſtant̃ :oderũt:& quaſi ꝓbent q̃ſi diligant:curſãt:
frequẽtant:utq; breuiter ꝙ ſentio denũtiẽ in regulo de me
rẽdo regulũ imitant̃ : Tenet ſe trans tyberim in ortis:ĩ qui
bus latiſſimũ ſolum porticibus imenſis :ripam ſtatuis ſuis

occupauit:ut eſt in ſumma auaritia ſumptuoſus:ita in ſumma infamia glorioſus: Vexat ergo ciuitatē in ſaluberrimo tempore & ꝙ uexat ſolatiū putauit:dicit ſe uelle ducere uxorem (hoc quoq; ſicut alia puerſe) audias breui nuptias lugentis:nuptias ſenis:quorū alterū immaturū:alterum ſeꝝ ē unde hoc augurer quæris:non quia affirmat ipſe(quo mēdacius nihil eſt). Sed quia certū eſt regulū eſſe facturū:qcquid fieri non oportet. Vale.

¶ Laus ſcribentis & iambos. .iiii.

GAius Pli. Adriano ſuo. S. Quod ſemel atq; iterū cōſul fuiſti:ſimilis antiquis :ꝙ proconſul aſiæ qualis ante te:qualis poſt te:uix unus aut alter(non enī ſinit me uerecundia tua dicere nemo) ꝙ ſanctitate: ꝙ autoritate:ꝙ ætate quoq; princeps ciuitatis. Eſt quidē uenerabile & pulchrum. Ego tn̄ te uel magis in remiſſioribuſ miror:Nam ſe ueritatē iſtam pari iocunditate condire:ſummæq; grauitati tm̄ comitatis adiungere nō minus difficile q̄ magnum eſt: Id tu cū incredibili quadā ſuauitate ſermonū:tū uel pcipue ſtilo aſſequeris:Nā & loquenti tibi illa homerici ſenis mella pfluere:& quæ ſcribis cōplere apes :floribuſq; innectere uident᷑. Ita certe ſum refectus ipſe cum græca epigrammata tua:cū iambos pxime legerē:q̄tū ibi hūanitatis:uenuſtatis:q̄dulcia illa:q̄antiqua: q̄arguta:q̄recta : Callimachū me uel horodē: uel ſi quid his melius tenere credebā:quorū tn̄ neuter utrūq; aut abſoluit aut actigit:hoīem ne romanū tā græce loqui . Non mediuſſidius ipſas athenas:tam acticas dixerī:qd multa inuideo græcis quod illorū lingua ſcriber̄ maluiſti. Neq;.n. cōiectura eget:qd ſermōe patrio exprimere poſſis. Cū in hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris. Vale.

¶ Comendatio cuiuſdam .iiii.

GAius Pli. Soſio ſuo. S. Caluiſiũ nepotẽ ualidiſſime diligo uiꝝ induſtriũ: rectum: diſertum quod apud me uel potiſſimum ẽ: Idẽ Caluiſiũ contubernalẽ meum amicum tuũ arta ꝓpinquitate cõplectitur. Eſt. n. filius ſororis hunc rogo ſemeſtri tribunatu ſplẽdidiorẽ & ſibi & auunculo ſuo facias: obligabis me: obligabis Caluiſiũ nr̃m: obligabis ipm nõ minus idoneũ debitorẽ q̃ nos putas: Multa beneficia in multos contuliſti: auſim cõtendere: nullũ te melius æque bene unum aut alterum collocaſſe. Vale

¶ Laus orationis ſuæ v.

GAius Pli. Sparſo ſuo. S. Eſchinẽ aiunt petẽtibus rhodiis legiſſe or̃onẽ ſuam: deinde demoſthenis: ſũmis utranq; clamoribus: quod tantoꝝ uiroꝝ contigiſſe ſcriptis non miror: cũ or̃onẽ meã ꝓxime doctiſſimi hoĩes hoc ſtudio: hoc aſſenſu: hoc etiã labore ꝑ biduũ audierit: q̃uis intẽtionẽ eoꝝ: nulla hic & inde collatio: nullũ q̃ſi certamẽ accẽderet: Nã rhodii cum ipis or̃onum uirtutibus: tũ etiã cõparationis aculeis excitabantur: noſtra oratio ſine emulationis gratia probabatur: an merito: ſcies: cum legeris librum: cuius amplitudo non ſinit me longiore epiſtola proloqui: oportet enim nos in hac certe ĩ qua poſſumus breues eſſe: quo ſit excuſatius ꝙ librum ipſum: non tamen ultra cauſæ amplitudinem extendimus: Vale

¶ Studium Pli: & locus eius vi

GAius Pli. Naſoni ſuo. S. Tuſci grandie excuſſi: in regiõe tranſpandana ſũma abundãtia: ſed par uilitas nunciat̃: ſolũ mihi laurẽtinũ meũ in redditu: Nihil quidẽ ibi poſſideo p̃ter tectum & ortũ: ſtatiq; arenas: Solum tñ mihi ĩ redditu: ibi enĩ plurimum ſcribo: nec agꝝ quem nõ

habeo :ſed ip̄m me ſtudiis excolo:ac iã poſſũ tibi: ut aliis ĩ locis horreũ plenum:ſic ibi ſcriniũ oñdere:Igr̃ tu quoqꝫ ſi certa & fructuoſa ꝑdia cócupiſcis aliqd in hoc litore para. Vale.

¶ Vituperium & inſcientia reguli vii.

GAius Pli.Lepido ſuo.S.Sæpe tibi dico ĩeſſe uim regulo:mirꝝ ẽ q̃ efficiat ĩ quod ĩcubuit:placuit ei lugere filiũ:luget ut nẽo:placuit ſtatuas eius & ymagĩes q̃ plurimas facere hoc oĩbus officinis agit:illũ coloribus :illũ cera:illum ære:illũ argẽto:illum auro:ebore:marmore effigit ipſe uero & nup adhibito ĩgẽti auditorio librꝫ de uita eius r̃citauit:tñ eundẽ librꝫ ĩ exẽplaria trãſcriptũ mille ꝑ totã italiã ꝓuĩtiaſqꝫ dimiſit:ſcripſit publice ut a decurionibus eligeret̃ uocaliſſimus aliqs:ex ĩpis q̃ legeret eũ populo fcm̃ eſt:hanc ille ui:ſeu quo alio noĩe uocanda ẽ:intẽtio quicqd uelis optinẽdi ſi ad potiora uertiſſet q̃tũ boni efficere potuiſſet:q̃q̃ mĩor uis bonis q̃ malis ĩeſt:ac ſicut ſtultitia quidẽ audatiam ratio tarditatẽ affert:ita recta ĩgenia debilitat uerecundia ꝑuerſa cõfirmat audatia.Exẽplo ẽ regulus inbecillũ latus:os cõfuſum:heſitãs lĩgua:tardiſſia inuẽtio: mẽoria nulla:nihil deniqꝫ ꝓter ĩgeniũ ĩſanũ:& tñ eo ĩpudẽtia ĩpoqꝫ illo furor̃ ꝑuenit ut pluris orator habeat̃ .Itaqꝫ herẽnius ſenetio mirifice catonis illud de orator̃ in hunc ecõtrario uertit:Orator ẽ uir malus dicẽdi impitus:non mehercule cato ipſe tã bñ uerꝫ oratorẽ:q̃ hic regulũ expſſit: habes ne quo tali epiſtolæ parẽ gr̃am r̃feras:habes .Si ſcripſeris nũ aliqs in municipio nr̃o ex ſodalibus meis:num etiã ĩpe tu hunc luctuoſũ librꝫ reguli ut circulator in foro legeris.ſ.ut ait demoſthenes:uocẽ ſi oblitus ſit maiorẽ extollet.Eſt.n.tam ineptus ut riſum magis poſſit exprimere q̃ gemitum: credas non de puero ſcriptum ſed a puero.Vale.

ἀμαθία μὲν θράσος λογισμὰ δὲ ὄκνον φέρει

¶ Laus auguratus Plinii viii.

GAius Pli. Arriano ſuo. S. Gratularis mihi ꝙ accepe
rĩ auguratũ iuꝛ̃ gratularis: primũ ꝙ grauiſſimi prin
cipis iudiciũ in mĩoribus etiã rebus cõſeq pulchꝝ ẽ: deinde
ꝙ ſacerdotiũ ĩpm cũ priſcũ & religioſũ: tũ hoc quoqȝ ſacꝝ:
plane & ĩſigne ẽ ꝙ nõ adimit̃ uiuẽti: nam cætera q̃q̃ digni
tate ꝓpemodũ paria ut tribuunt̃ ſic auferunt̃ ĩ hoc fortũe
hactenuſ licet ut dari poſſit: mihi uero illud gratulatõe dig
nũ uidet̃ ꝙ ſucceſſi iulio frõtino pricipi uiro: q me noĩatio
nis die ꝑ hos cõtinuos annos ĩter ſacerdotes noĩabat tanq̃
in locũ ſuũ cooptaret: ꝙ nunc euẽtus ita cõprobauit: ut nõ
fortuitũ uideret̃: te qdẽ (ut ſcribis) ad hoc maxime delectat
auguratus meus: ꝙ. M. T. augur fuit. letaris. n. ꝙ honorib⁹
eius inſiſtã: quẽ emulari in ſtudiis cupio. Sed utinã ut ſacer
dotiũ itẽ cõſulatũ multo etiã iunior q̃ ille ſum cõſecutuſ: ita
ſenex ſaltẽ ingeniũ eius aliq̃ ex ꝑte aſſeq poſſim: ſed nimiꝝ
quæ ſunt in manu hominum & mihi: & multis contigerũt
Illud uero ut adipiſci arduum: ſic etiam ſperare nimium eſt
quod dare non niſi a diis poteſt. Vale.

¶ Accuſatio & defenſio baſſi :ix.

GAius Pli. Vrſo ſuo. S. Cãm ꝑ hos dies dixit Iulius
baſſus homo laborioſus: & aduerſis ſuis clarus: Ac
cuſatus ẽ ſub ueſpaſiano a priuatis duobus ad ſenatũ remi
ſſus diu pepẽdit: tandẽqȝ abſolutus uidicatuſqȝ ẽ. Titum ti
muit ut domitiani amicũ: a domitiano r̃legatus: r̃uocatus a
nerua: ſortituſqȝ bithiniã redit reus: accuſatus nõ minus a
criter q fideliter defenſus uarias ſnĩas habuit: plures tñ q̃ſi
mitiores. egit cõtra eum põponius ruffus uir ꝑatus & uehe
mẽs: ruffo ſucceſſit Theophanes unus ex legatis: princeps
fas accuſatõis & origo: rñdi ego: nã mihi baſſus iniũxerat:

ut totius defenſiōīs fundamēta iacerē:dicerē de ornamētis
ſuis:q̄ illi & ex generis claritate:& ex periculis ip̄is :magna
erant:dicerē de cōſpiratōe delatoꝝ quam in queſtu hēbāt:
dicerē cāſ q̄bus factioſiſſimū quēq;:ut illū ip̄um theophanē
offēdiſſet:eundē me uolebat occurrere crimī:quo maxīe p̄
mebat̃ :in aliis.n.q̄uis auditu grauioribus :nō abſolutōem
mō:ueꝝ etiā laudē merebat̃ :hoc illū onerabat ꝙ homo ſī
plex & īcautus:q̄dam a ꝓuītialibus ut amicuſ accepat:nam
fuerat in ꝓuintia eadē q̄ſtor:hæc accuſatores furta: & rapi
nas:ip̄e munera uocabat: Sed lex munera quoq; accipi ue
tat.Hic ego qd agerē? ꝙ iter defenſiōīs ingr̄derer:negarem
uer̃bar:ne plane furtū uideret̃ ꝙ confiteri timerē.p̄terea rē
manifeſtam īficiari augētis erat crimen nō diluentis:p̄ſertī
cū reus ipſe nihil integꝝ reliq̄ſſet aduocatis.Multis.n.atq;
non ſibi ſed patriæ:reꝑhendis ꝙ iuſſerit:addis etiã melius rectiuſqꝫ frontinũ:ꝙ uetuerit oĩo monumentũ ſibi fieri:me qꝫ ad extremũ qd de utroqꝫ ſentiã cõſulis:utrũqꝫ dilexi: mĩratus ſũ magis quẽ tu reꝑhendis atqꝫ miraris:ut nõ putarẽ ſatis unq̃ poſſe laudari cuius nũc mihi ſubeunda defẽſio ẽ: oẽs ego q magnũ aliquid memorandũqꝫ fecerunt:non mõ uenia:uerꝝ etiam laude digniſſimos iudico:ſi ĩmortalitatẽ quã meruerẽ ſectant̃:uicturiqꝫ noĩs famã ſuꝑmis etiam titulis ꝓrogare nitunt̃:nec fere q̃q̃ niſi uirginiũ inuenio: cuius tanta in ꝑdicando uerecundia:q̃ta gloria ex facto:ipẽ ſum teſtis:familiariter ab eo dilectus ꝓbatuſqꝫ:ſemel oĩo me audiẽte ꝓuectũ:ut de rẽbus ſuis hoc unũ referret:ita ſecũ aliqñ C.liuiũ locutũ *ſcis uergini* q̃ *hyſtoriæ* fides debeat̃: ꝓinde ſi qd ĩ hyſtoriis meis legis aliter ac uelles rogo ignoſcas:& hic tũ.C.liuio.Nec tu ignoras iõ me feciſſe ꝙ feci:ut eẽt liberꝝ nobis ſcriberẽ q̃ libuiſſet. Agedum hunc ipm frõtinũ ĩ hoc ipo(ĩ quo tibi partior uidet̃ & ꝑſſior)cõparemus:uetuit extrui monumẽtum:ſed qbus uerbis:ĩpenſa monumenti ſuꝑuacua ẽ:mẽoria nr̃i durabit ſi uita meruimus.An reſtrictius arbitraris ꝑ orbẽ terrarꝝ legẽdum dare:duraturã memoriã ſuã:q̃ uno ĩ loco duobus uerſiculis ſignare ꝙ feceris q̃q̃ nõ habeo ꝓpoſitum illũ reꝑhendẽdi:ſed hunc tuẽdi cuius q̃ poteſt apud te iuſtior eẽ defẽſio q̃ ex collatõne eius: quẽ ꝑtuliſti: meo qdẽ iudicio neuter quidẽ culpãdus quorꝫ uterqꝫ ad gloriã pari cupiditate diuerſo itinerẽ cõtẽdit:alter dum expetit debitos titulos:alter dum mauult uideri contẽſiſſe. Vale:

Libelli & uindemiæ Plinii. .xxiii.

GAius P. Venatori ſuo.S. Tua uero epiſtola tãto mihi iucũdior fuit q̃to lõgior erat ꝑferti cũ de libellis meis tota loq̃ret̃ quos tibi uoluptati eẽ nõ miror:cũ oĩa noſtra

p̄inde ac nos ames. Ipſe cū abſim: uindemias graciles qdē: uberiores tñ q̄ expectauerā colligo: ſi colligere eſt nōnunq̄ decerpe unā: torcular inuiſere: guſtare de lacu muſtū: obrepere urbanis qui nunc ruſticis preſunt: meq; notariis & lectoribus reliquerunt. Vale.

Valitudo & ſcientia paſſieni. .xxvi.

GAius Pli. Seuero ſuo. S. Magna me ſolicitudīe affecit paſſieni pauli ualitudo & qdē pluris iuſtiſſimiſq; de cauſis. Vir. n. optimus nr̄i amātiſſimus: honeſtiſſimus: p̄terea in lr̄is ueteres emulatōe exprimit: reddit ꝓpertium in primis a quo genus ducit: uera ſoboles eoq; ſimilia illi: in quo ille p̄cipuus elegos eius in manū ſūpſeris: leges opus terſū: molle iucundū: & plane ꝓpertianū. i. optime ſcriptū: nup ad lyrica deflexit in qbus ita oratiū: ut ī illis illū alterꝫ effingi putes: ſi qd ī ſtudiis cognatio ualet. & huius propinquū magna uarietas: magna mobilitas: amat: ut q uerīſſime dolet ut q īpaciētiſſīe laudat ut q benigniſſīe ludit ut q facetiſſīe: oīa deniq; tanq̄ ſingula abſoluit: ꝓ hoc ego amico: ꝓ hoc īgenio nō minus eger aio q̄ corpe: illuc tandē me recepi: gratulare etiā licteris ipſis: q̄ ex piculo eius tm̄ diſcrimē adiere q̄tum ex ſalute gloriæ conſequentur. Vale.

Voluptas Plinii ex nomine eius uulgato. .xxvii.

GAius Pl. Maxio ſuo. S. Frequēter agēti mihi eueīt: ut cētūuiri cū diu ſe intra iudiciū: autoritatē: grauitatēq; tenuiſſēt oēs repēte q̄ſi uicti: coactiq; cōſurgerēt: laudarētq;: frequēter ex ſenatu famā: qualē maxīe optauerā: retuli nūq̄ maiorem tñ cepi uoluptatē q̄ nup ex ſermone Cornelii taciti: narrabat ſediſſe circenſibus proximum equitati Ro. hunc poſt uarios eruditoſq; ſermones requiſiſſe: italicus es: an prouintialis? ſe reſpōdiſſe: noſti me & quidem ex

ſtudiis ad hoc illú tacitus es an plinius exprimere non poſ
ſum q̃ ſit iocundú mihi ꝙ noia nr̃a q̃ſi lrar̃ ꝓpria non ho
minú lr̃is reddunẽ:ꝙ uterq; nr̃m is etiã ex ſtudiis q̃ſi notuſ
qbus uterq; ignotus ẽ.Accidit illud añ pauculos dies ſimi
le recũbebat mecũ uir egregius fabius rufinus:ſup eũ muni
ceps ipſius:q illo die primú uenerat in urbem.Rufinus de
mõſtrans me:uides húc? multa deide de ſtudiis nr̃is: & ille
plinius eſt ĩquit:uer̃ fatebor:capio magnú laboris mei fru
ctũ:an ſi demoſthenes iure letatus ẽ:ꝙ illú anus actica ita
noſcitauit hic demoſthenes ẽ ego celebritate nois mei gau
dere non debeo? ego uero & gaudeo & gaudere me dico:
neq; enim uereor ne iactantior uidear: cum de me alienum
iudicium:non meum profero: præſertim apud te :qui nec
ullius inuides laudibus & faues noſtris.Vale.

Oratoris deſcriptio. .xxviii.

GAius Pl.Lupco ſuo.S.Dixi de quodã oratore ſæcu
li nr̃i recto quidẽ & ſano:ſed par̃ grãdi & ornato:
ut opinor apte:nihil peccat niſi ꝙ nihil peccat:debet.n.ora
tor erigi:attolli:ĩterdũ etiã efferueſcer̃:efferri ac ſæpe accede
re ad p̃ceps.Nã plerũq; altis & excelſis adiacẽt abrupta:tu
tius ꝑ plana:ſed humilius & dep̃ſſius iter:frequẽtior currẽ
tibus q̃ reptãtibus lapſus:ſed his nõ labẽtibus nullam illis
nõnulla uis:etiã ſi labanẽ:nã ut quaſdã artes ita eloquẽtiã
nihil magis q̃ ancipicia cõmendãt:uides q fune in ſũma ni
tunẽ q̃tos ſoleãt excitar̃ clamores cũ iã iaq; caſuri uidẽtur
ſunt enĩ maxime mirabilia:quæ maxĩe expectata:maxime
ꝑiculoſa:utq; græci magis exprimũt παράβολα grãdi ſunt
ſubiecta diſcriminĩ:iõ neq̃q̃ par gubernatoris ẽ uirtus:cum
placido ac inturbato mari uehitur:tunc enĩ laudante nullo
inlaudatus inglorius ſubit portum:at cum ſtridunt funes:

turbat̃ arbor: gubernacula gemũt: tũc ille clarus & diis ma
ris ꝓximus. Cur hoc? qa uiſus ẽ mihi ĩ ſcriptis meis anno
taſſe q̃dam ut tumida: q̃dam ut ſublimia aut ĩproba audiẽ-
ti: aut nimia: q̃ ego plena arbitrabar: plurimũ aũt refert re-
p̄hendẽda adnotes: an ĩſignia: oĩs. n. aduertit quod eminet
& extat: ſed acri intentõe iudicandũ eſt an ĩmodicum ſit an
grande: altũ an enorme: atq; ut homerꝝ potiſſimum attin-
gam: quem tandem alterutram in ꝑtem poteſt fingere:
ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς περὶ δὲ κέκλιτο
magnũ uero cœlũ ut tuba circũſonuit. Terra quoq; circum
clinata ẽ: ſed opus ẽ examine & libra: Incredibilia ſunt hæc
& inania: ac magnifica & cæleſtia: nec nũc ego ei me ſimilia
aut dixiſſe aut potuiſſe dicere puto: nõ ita inſanio ſed hoc
ĩtelligi uolo laxandos eẽ eloquẽtiæ frenos: nec anguſtiſſi
mo giro ingeniorꝝ ĩpetus refringendos. At. n. alia cõditio
oratorũ: alia poetarũ: q̃ſi uero. M. Tullius minus audeat: q̃
q̃ hũc omicto: neq;. n. ambigi puto: ſed demoſthenes ipe il
le norma oratoris: & regula: num ſe cohibet & cõprimit: tũ
primũ cum dicit illa notiſſima: ἄνθρωποι καὶ πόλεις
& rurſus ἐτειχήσατε τὴν πόλιν οὐδὲν λίθοις εἴ τι
& ſtatim οὐκ ἐκλήψεσθα τὴν εὔβοιαν προβαλέσθε πρὸς
ἀττικήν Et alibi ἐγὼ μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς
ἐκφρονούμενοι ἐν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων
Iam quid audientius illo pulcherrimo exceſſu νόσημα γὰρ

Quid hæc breuiora ſed audatia pari: τότε ἐγὼ τῷ θρασύνω
μέγα καὶ πολλῷ ῥέοντι κατ' εὐλαβῶν
ex eadem nota ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας
καὶ πονηρίας ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα πάντα ἀνεχαίτισε
Similes his λίταν χυνισμοῖς ἁπάσαις ἐν τῇ πόλει δεικνύς τῆς διελύσε

Et ibidem

& dixerat

& deinceps

Nec ſatis.neq; ueſtros maiores arbitror hæc uobis iuris di
cendi loca ædificaſſe noua:ut talia in eis adulteria comictēt
adhuc:

Et mille talia:ut p̄ceperam quæ abeſchine p̄reſtigioſa uocā
bula uocant̄.In contrariū̄ icidi dicens:hunc quoq; ob iſta
culparis:ſed uide q̄to maior ſit qui rep̄henditur:ipſo repre
hendente & maior ob hæc:in aliis.n.uis: in his granditas
eius elucet.Num autē eſchines ipſe iis quæ in demoſthene
carpebat abſtinuit loqui oratorem hac lege: Cum uero ali
am uocem lex emictat aliam orator:alio loco eſt ita

iterum alio

uerum quod adeo probauit ut repetat

Iam illa cōmodius preſſiuſq;:

Tu uero ulceras uerū latronē. Expecto ut
ex hac epiſtola illud gubernacula gemūt: & diis maris p̄xi
mus:iiſdē notis:q̄bus ea de q̄bus ſcribo:cōfodias:intelligo
enī me dū ueniam prioribus peto in illa ip̄a quæ adnotaue
ras incidiſſe. Sed confodias licet dummodo iam nunc de
ſtines diem quo & de illis & de hiis corā exigere poſſimus.
aut enī tu me timidū:aut ego te temerarium faciam. Vale.

Libec

Liber hyſtoriæ cunctatio eius & recitatio. .xxix.

GAius Pl.Laterano ſuo.S.Quanta poteſtas:quanta dignitas:quanta maieſtas:q̃tum deniq; numen ſit hyſtoriæ cũ frequenter alias tũ proxime ſenſi . Recitauerat qdam ueriſſimũ libꝝ ptemq; eius in aliũ diem reſeruauerat ecce amici eiuſdẽ orantes obſecranteſq; ne aliqua recitaret: tantus audiendi quæ fecerat pudor:quibus nullus faciendi q̃ audire erubeſcunt:& ille quidẽ præſtitit ꝙ rogabat̃: ſinebat fides :liber tñ(ut factum ip̃m manet)manebit leget̃ q; ſemp tanto magis:ſed nõ ſtati:citant̃ eni homines ad cognoſcenda q̃ differuntur.Vale.

Receptio triũ lr̃arum earumq; reſponſio. .xxx.

GAius Pl.Romano ſuo.S.Poſt longũ tẽpus epiſtolas tuas & tres pariter recepi : omẽs elegantiſſimas: amantiſſimas:& quales a te uenir̃ p̃ſertim deſideratas oportebat:quaꝝ una iniungis mihi iocundiſſimũ miniſteriũ ut ad plotinã ſciſſimã fœminã pferãt̃:eadẽ cõmendas pupillũ arthemiſiũ:ſtatĩ p̃ſtiti ꝙ petebat.Indicas etiam modicas te uindemias collegiſſe:cois hæc mihi tecũ:q̃q̃ in diuerſiſſima parte terrarum querela eſt.Altera epiſtola nuntias multa te nũc dictare:nũc ſcribere:qbus nr̃a rep̃ſentes:gr̃as ago :agerem magis ſi me illa ipſa q̃ ſcribis:aut dictas legere potuiſſem:& erat æquũ:ut te mea ita me tua ſcripta cognoſcere: etiam ſi ad aliũ q̃ ad me pertinent:polliceris in fine cũ certi de uitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris.futurũ te fugitiuum rei familiaris:ſtatiq; ad nos aduolaturũ:qui iam tibi cõpedes nectimus:quas effringere nullo modo poſſis.Tertia epiſtola cõtinebat eſſe tibi redditã orõnem ꝓ caio lanio inquis eam uberiorem q̃ dicente me audiente te fuerit : eſt melior & uberior.Multa & enim poſtea ĩſerui: adiicis alias

te litteras curioſius ſcriptas miſiſſe:an acceperim quæris ńo accepi:eas accipere geſtio:proinde prima quaq; occaſione micte:appoſitis quidē uſuris:quas ego minime parcus par ciſſimas putabo. Vale.

Vnū inſigniter potius q̄ plura mediocriter .xxxi.

GAius Pli.Ruſtico ſuo.S.Vt ſatius unū aliquid iſig niter facere:q̄ plura mediocriter ſic plura mediocri ter ſi nō poſſis unū aliquid inſigniter:quod intuēs ego ua riis me ſtudiorum generibus:nulli ſatis confiſus: experior: ꝓinde:cum hoc uel illud leges:ita ſingulis ueniā ut nō ſin gulis dabis. An cæteris artibus excuſatiōi īuero: lr̄is duri or lex in quibus difficilior effectus eſt: qd autē ego: de ue nia quaſi ingratus: Nā ſi ea facilitate ꝓxima acceperis qua priora:laus potius ſperanda q̄ uenia obſecranda eſt. Mihi tn̄ uenia ſufficit. Vale.

Miraculum Delfini. .xxxii.

GAius Pli.Caninio ſuo.S. Incidi in materiam uerā: ſed ſimilimā ficte dignāq; iſto latiſſimo altiſſio pla neq; poetico īgenio.Incidi aūt dū ſuꝑ cœnā uaria miracula hinc inde referunť:magna autori fides:tn̄ & ſi quid poetæ cum fide:is tamē autor cui bene uel hyſtoriā ſcripturo cre didiſſes.Eſt in africa ypponēſis colonia mari proxima: ad iacet nauigabile ſtagnū : ex hoc in modū flumis eſtuarum emergit.q̄ uice alterna ꝓut eſtus aut repſſit aut īpulit: nūc infertur mari:nunc redditť ſtagno:oīs hic eſtus piſcādi na uigandi atq; etiā natandi ſtudio teneť maxime puerorum quos otium luſuſq; ſolicitat:his gloria & uirtus altiſſime ꝓ uehi:uictor ille qui longiſſime ut litus ita ſimul natātes re liquit quo in certamie puer quidā audētior cæteris in ulte riora tendebat:delfinus īcurrit & nunc precedere puerum:

nunc ſequi:nunc circuire:poſtremo ſubire:deponere: iterũ
ſubire:trepidantemq; ꝓferre:primum in altum: mox flectit
ad litus:redditq; terræ & æqualibus:ſerpit per coloniam fa
ma concurrerẽ omnes:ipſum puerꝝ tanquã miraculum aſpi
cerẽ:interrogarẽ:audirẽ:narrare.Poſtero die obſident litus: ꝓ
ſpectant mare & ſiquidem mari ſimile:ſtant pueri . Inter
hos ille:ſed cautius : delfinus rurſus ad tempus:rurſus ad
puerꝝ uenit:puer fugit:ille cum cæteris delfinis quaſi inui
tet & p̃uocet exilit:mergitur:uarioſq; orbes implicat: expe
ditq;:hoc altero die:hoc tertio:hoc pluribus diebus:donec
homines ĩnutritos mari ſubiret timendi pudor : accedũt &
alludunt & appellant:tangunt:etiam ꝑtractantq; p̃euntem
creſcit audacia & exꝑimento maxime :puer qui primus ex
ꝑtus eſt:adnatanti inſiliit tergo:fertᷣ refertᷣq; : agnoſcit ſe
amari:amat ipſe:neuter timet:neuter timetᷣ : huius fidutia:
manſuetudo illius augetᷣ :nec nõ alii pueri dextra leuaq; ſi
mul eunt:hortantes:monenteſq; ibat una:id quoq; mirum
delfinus alius tantum ſpectator & comes: Nihil enim ſimi
le aut faciebat aut patiebatᷣ :ſed alterum illum ducebat:r̃du
cebatq;:ut puerꝝ cæteri pueri:Incredibile:tam uerꝝ tamen q̃
priora:delfinum geſtatorem colluſoremq; puerorꝝ in terrã
quoq; extrahi ſolitum hareniſq; ſiccatum:ubi incaluiſſet in
mare r̃uolui . Conſtat octauium auitum legatum ꝓconſu
lem in litus educto religione praua ſuꝑfudiſſe unguentum
cuius illum nouitatem odoremq; in altum r̃fugiſſe:nec niſi
poſt multos dies uiſum languidum & meſtum:mox reddi
tis uiribus priorem laſciuiam & ſolita miniſteria r̃petiſſe:
cõfluebant oẽs ad ſpectaculũ magr̃atus quoꝝ aduentu &
mora modica res.p.acterebatᷣ :poſtremo locus ipſe q̃etem
ſuã ſecr̃tũq; ꝓdebat:placuit occulte ĩterfici:ad quod coibatᷣ

hæc tu qua miſeratione:qua copia deflebis: ornabis: attol
les:q̃q̃ non eſt opus affingas aliquid:aut aſtruas:ſufficit ne
ea quæ ſunt uera minuant̃. Vale.

Pronũciatio mala Plinii in uerſibus. .xxxiii.

GAius Pli. Tranquillo ſuo Salutẽ. Explica æſtũ meũ:
audio me male legere dumtaxat uerſus: orationes
enĩ comodius:& tanto minus uerſus: cogito ergo recitatu
rus familiaribus amicis experiri libertũ meum: hoc quoq;
familiare ꝙ legit non bene:ſcio melius lecturum:ſi tamen
non fuerit ꝑturbatus:eſt enĩ tam nouus lector:q̃ ego poe-
ta:ipſe neſcio quid illo legente interi faciã:ſedeam:defixus
mutus:& ſimilis ocioſo:an ut quidã:quæ ꝓnuntiabit mur
mure:oculis manu proſequar:ſed puto me nõ minus male
ſaltare q̃ legere:iterum dicã explica æſtum meum:uereq; re
ſcribe:num ſit melius peſſime legere:q̃ iſta uel nõ facere uel
facere. Vale.

Lectio libri Plinio miſſi. .xxxiiii.

GAins Pli. Appio ſuo Salutẽ. Et librũ quem miſiſti
accepi:& gratias ago:ſum tñ in hoc tempore occu-
patiſſimus:ideo nondũ eum legi: cum alioqui ualidiſſime
cupiã:ſed eam reuerentiã cũ litteris ipſis tũ ſcriptis tuis de-
beo:ut ſumere illa niſi uacuo aĩo irreligioſum putẽ: diligẽ
tiam tuã in retractandis operibus ualde probo: eſt tamen
aliquis modus: primũ ꝙ nimia cura deterit magis q̃ emen
dat: deinde ꝙ nos a recentioribus reuocat: ſimulq; nec ab
ſoluit priora nec inchoare poſteriora patitur. Vale.

Diſpoſitio tẽporis æſtatis. .xxxv.

GAius Pl. Fuſco ſuo. S. Queris quẽadmodũ in tuſcis
diẽ æſtate diſponã: euigilo cũ libuit: plerũq; circa
horã primã:ſæpe ãn:tardius raro :cluſæ feneſtræ manent:

mire.n.animũ:& ſilentiũ:& tenebræ ab iis q̃ auocãt abdu-
cunt:ut liber & mihimet relictus:nõ oculos aio ſed animũ
oculis ſequar:q̃ eadẽ:q̃ mens uiderit:quotiens non uident:
alia cogitant:ſi q̃d in manibus cogito ad uerbũ ſcribenti:
emẽdantiq; ſimilis:nũ plura uel difficile uel facile cõponi:
teneri uel potuerũt:notariũ uoco & dico admiſſo q̃ forma
uerã reuocat̃:rurſuſq; dimictit̃:ubi hora quarta uel quĩta
(neq;.n.certũ dimẽſumq; tẽpus)ut dies ſuaſit in xitum me
uel criptoporticũ cõfero:reliquã meditor edicto : uehiculũ
aſcẽdo:ubi quoq; idẽ:ꝙ ambulans aut iacẽs: durat intẽtio
mutatõe ipſa refecta:paulũ redormio:deĩde ambulo: mox
orationẽ græcam latinã ue clare & intẽte:nõ tam uocis cau
ſa:q̃ ſtomachi:iterꝝ ambulo:urgeor:exerceor:lauor:cœnan
ti mihi ſi cũ uxore uel paucis:liber legit̃ : poſt cœnã come
dia aut lyriſtes:mox cũ meis ambulo:quorꝝ in numero ſũt
eruditi:ita uariis ſermõibus ueſpa extendit̃ :& q̃q̃ longiſſi
mus dies cito conditur:nunq̃:ex hoc ordine aliqua mutan
tur:nã ſi diu iacui uel ambulaui:poſt ſomnũ demũ:lectõnẽ
quæ nõ uehiculo ſed ꝙ breuius quodq; uelocius : equo ge
ſtor.Interueniũt amici ex ꝓximis oppidis:partẽq; diei ad
ſe trahunt.Interĩ laſſo mihi oportuna interpellatõne ſubue
niunt:uenor aliq̃n:ſed nõ ſine pugillaribus : ut q̃uis nihil
ceperĩ:nõnihil referã:datur & colonis(ut uidetur ipſis)nõ
ſatis tẽporis:quorꝝ mihi agreſtes quærelæ litteras noſtras:
& iſta urbana opera comedant. Vale.

De exigendis officiis operibus.& ĩponendis cuſtodi
bus fructibus.& celebrando ꝓ conſulatus die. .xxxvi.

GAius Pl.Paulino ſuo.S.Nec tuæ naturæ eſt tranſla
titia hec & q̃ſi publica officia familiaribus amicis cõ
tra ipſorꝝ comodũ exigere:& ego te conſtantius amo: q̃ ut

uerear:ne aliter ac uelĩ accipias. Te.n.Kal.ſtatĩ conſulẽ uide
ro:ꝓſerti cũ me neceſſitas tuſcanoꝝ ꝑdioꝝ plures annos or
dĩatura detineat. In q̃ mihi noua cõſilia ſumẽda ſunt:nã pri
ore luſtro(q̃q̃ poſt magnas remiſſioẽs)reliq̃ creuerunt: ĩde
pleriſqꝫ nulla iã cura minuẽdi eris alieni:ꝙ deſꝑant poſſe ꝑ
ſolui:rapiũt etiã:conſumuntqꝫ ꝙ natura ẽ:ut q iã putant ſe
nõ ſibi placerẽ:occurrẽdũ ergo augeſcẽtibus uiciis & medẽ
dum ẽ:& medẽdi una rõ:ſi non mĩmo ſed ꝑtibus locũ: ac
deinde ex meis aliquos opis exactores cuſtodes fructibus
ponã:& alioqn nullũ iſtius genus redditus.q̃ ꝙ terra:cœlũ
annus r̃fert:ad hoc magnã fidẽ:acres oculos:nũeroſas ma-
nus poſcit:expiundũ tñ:& q̃ſi ĩ ueteri morbo q̃libet muta-
tiõis auxilia tẽptanda ſunt:uides q̃ nõ delicata me cã obire
primum conſulatus tui diem non ſinat:quẽ tñ hic quoqꝫ:
ut preſens:uotis:gaudio :gratulatione celebrabo. Vale.

Illaudatus ruffus:libriqꝫ abſolutio. .xxxvii.

GAius Pli. Saturnino ſuo. S. Ego uero ruffũ nr̃m lau
do:nõ qa tu ut ita facerẽ petiſti:ſed qa ẽ ille digniſ
ſimus:legi.n.libꝝ oĩbus numeris abſolutũ:cui multũ apud
me gr̃e amor ipſius adiecit:Iudicaui tamen:neqꝫ enim ſoli
iudicant qui maligne legunt. Vale.

Edes reficienda:aliaqꝫ extruenda. .xxxviii.

GAius Pl. Muſtio ſuo. S. Hauriſpicũ reficiẽda eſt mihi
edes cereris ĩ ꝑdiis ĩ melius & in maius uetus ſane &
anguſta cũ ſit alioq ſtato die frequẽtiſſĩa:nam idibus ſeptẽ
bris ĩdigena e regiõe tota coit populus:multe res aguntur
multa uota ſuſcipiũt̃:multa reddũt̃:ſed nullũ in proximũ
ſuffugiũ aut ĩbris aut ſolis:uideor ergo munifice ſimul:reli-
gioſe facturus ſi quam pulcherrimam extruxero addidero
porticus & illam ad uſum dee:has ad hoĩum: Velim ergo

emas q̃tuor marmoreas colúnas cuius tibi uidebit̃ generis emas marmora q̃bus ſolú q̃bus pietes excolant̃ erit etiã faciendũ ipſius dee ſignũ:qa antiquum illud e ligno q̃buſdã ſui p̃tibus uetuſtate truncatú ẽ:q̃tũ ad porticus uel iterim occurrit ꝙ uideat̃ neceſſe iſtinc repetendũ:niſi tñ formã ſecundũ rõnẽ loci ſcribas:neq̧.n.poſſũ circũdare tẽplo:nã ſolũ tẽpli hic flumine & abruptiſſimis ripis:hinc uia cingit̃: ẽ ultra uiam latiſſimum pluratũ in quo ſatis apte contra tẽplum ipſum porticus explicabuntur niſi q̃d tu melius inuenies:q ſoles locoꝝ difficultates arte ſuperare. Vale.

Locus æſtatis & hiemis Plinii. .xxxix.

GAius P.Fuſco ſuo.S.Scribis p̱ gratas tibi fuiſſe lr̃as meas:q̃bus cognouiſti quẽadmodũ ĩ tuſcis ocium æſtatis exigerẽ:r̃quiris q̃d ex hoc in laurẽtino:hieme permutem:nihil niſi quod meridianus ſõnus eximit̃: multũq̧ de nocte uel añ uel poſt diẽ ſumit̃:& ſi agendi neceſſitas iſtat q̃ frequẽs hyeme nõ iam comedo uel lyriſte poſt cœnã locus:ſed illa q̃ dictaui ut identidẽ retractantur ac ſimul memorie frequẽti emendatõe ꝓficitur:habes æſtate hyeme cõſuetudinem non addas huc licet uere tm̃ nunq̃ iter hyemẽ ſtatim æſtatemq̧ mediam ut nihil de die perditur ita de nocte paruulum acquiritur. Vale.

C.Pli.Secundi liber octauus explicit.Incipit Nonus lege fœliciter. C.Pl.Septio ſuo.S. .i.

ITer cõmode explicui excepto ꝙ q̃dam ex meis aduerſã ualitudinẽ feruentiſſis æſtibus cõtraxerunt.Encolpus q̃dẽ ille ſeria nr̃a:ille delitiæ exaſperatis faucibus puluer̃ ſanguie r̃iecit q̃ triſte hoc ipi q̃ acerbũ mihi ſit:cui oĩs ex ſtudiis gr̃a:ſi ĩhabilis ſtudiis fuerit. q̃s deĩde libellos meos ſic leget ſic amabit:quæ aures meos

m.iiii

ſubſequẽt:ſed dulciora ꝓmittũt:Stetit ſanguis Reſedit do lor:ꝑterea cõtinenſ ipe:nos ſoliciti:medici diligẽtes ad hoc ſalubritas cœli ſeceſſus qes tm̃ ſalutis q̃tũ ocii pollicentur.

C.Pli.Caluinio ſuo Salutem. .ii.

ALii in ꝑdia ſua ꝓficiſcũt ut locupletiores reuertantur: ego ut paupior. Vẽdiderã uidemias certatĩ negociatoribus emẽtibus iuitabat ſpes fefellit.erit expeditũ oibus remitter eq̃liter:ſed nõ ſatis equũ mihi aut egregiũ iprimis uidetur:ut foris ita domi:ut ĩ magnis ita in puis ut in aliẽis: ita ĩ ſuis agitar iuſtitiã:nã ſi paria peccata pares etiã laudes itaq; oibus qdẽ ne qs mihi nõ donatus abiret :ptẽ octauã ꝑcii quo qs emerat cõceſſi:deinde his qui ampliſſias ſũmas emptõibus occupauerant ſeparatĩ conſului:nã & me magis iuuerant & maius ipi facerẽt damnũ.Igitur is q pluris q̃.x. milibus emerant:ad illã cõem rẽ:& q̃li publicam octauam addidi .Decimauimus eius ſũme:q̃.x.milia exceſſerant :uereor ne paꝝ expſſeri:apertius calculo oñdam: ſi qui forte xv.milibus emerũt duo &.xv.miliũ octauã &.v.miliũ extulerũt:ꝑterea cũ ꝛputarẽ quoſdã ex debito aliq̃tũ :quoſdam aliqd quoſdã nihil ꝛpotuiſſe neq̃q̃ ueꝝ arbitrabar quos nõ eq̃ fides ſolutiõis hos benignitate remiſſiois eq̃re: Rurſus ergo iis q ſoluerant eius q̃ ſoluerant decimã ꝛmiſi ꝑ hoc.n. aptiſſie & in ꝑteritũ ſingulis ꝑ cuiuſq; merito gr̃a ꝛferri:& in futuꝝ oẽs cũ ad emẽdũ tũ etiã ad ſoluẽdũ allici uidebantur:magno mihi ſeu rõ ſeu facilitas ſtetit ſed fuit tanti:nam regiõe tota:& nouitas remiſſiõis & forma laudatur ex ipis etiam quos nõ una:ut dr̃ pertica ſed deſtinate gradatimq; tractauit.Quanto quis melior & probior:tanto mihi obligatior abiit:expertus non eſſe apud me.Vale.

C.Pli.Sparſo ſuo Salutem. .iii.

LIbꝝ quẽ nouiſſie tibi miſi:ex oibus meis:uel maxime

placer̃ ſignificas:ē eadē opinio cuiuſdā eruditiſſimi:quo ma gis adducor ut neutꝝ falli putē:qa nō ē credibile utrūq; fal li.& qa tm̃ blandior mihi:uolo.n.ꝓxima q̄q; abſolutiſſia ui deri:& iō iam nūc cōtra iſtū libꝝ faueo:or̃onē quā nuper in publico dedi:cōicaturus tecū ut primū diligentē tabellariū ī uenero :erexi expectationē tuam quam uereor ne deſtituat oratio in manus ſumpta. Interim tamen tanq̄ placituram : & fortaſſe placebitᵒ expecta. Vale.

C.Pli.Caninio ſuo Salutem. :iiii.

OPtime facis ꝙ bellū Dacicū ſcriber̃ paras .Nāq; tā recēs tam copioſa:tam lata deniq;:tam poetica:& q̄q̄ uериſſis in rebus tā fabuloſa materia:dices īmiſſa terris noua flumīa nouos fōtes flumībus iniectos īſeſſa caſtriſ:montiū abrupta pulſū regia pulſū etiam uita regē nihil deſperantē. Sup hæc actos bis triūphos:quoꝝ alter ex inuicta gēte primus: alter nouiſſimus fuit:una ſed maxīa difficultas:ꝙ hæc eq̄re dicen do arduū īmēſū etiā tuo īgenio:q̄q̄ altiſſīe aſſurgit & āpliſſis opibus increſcat:nōnullus & in illo labor:ut barbara & fera noīa īprimis regis īpius græcis uerſibus nō reſultēt. Nihil ē ꝙ nō arte:curaq;:ſi nō pōt uinci mitiger̃ :ꝑterea ſi datur ho mero & mollīa uocabula & græca ad bonitatē uerſus cōtra here:extēdere:inflecter̃:cur tibi ſimul ꝓſerti nō delegata ſed neceſſaria nō der̃ :ꝓinde iure uatū īuocatis diis:& inter deoſ īpos cuius res opa cōſilio dicturus es īmitte rudētes: pande uela ac ſi qñ alas toto ingenio uehere:cur.n. nō ego quoq; poeticū poema illud iam paciſcor.Prima q̄q; abſolueris:īmo etiā añq̄ abſoluas:ſicut erūt recētia & rudia:& adhuc ſimilia naſcētibus.Rñdebis nō poſſe ꝑinde carpti ut contexta :ꝑin de īchoata placer̃:ut effecta ſcio.Itaq; a me exiſtimabunr̃ ut cepta:ſpectabunr̃ ut mēbra extremāq; limā tuam opienr̃ in ſcrinio nr̃o:pater̃ hoc me ſup cætera hr̃e amoris tui pignus:

ut ea quoq; norī:q̄ noſſe neminē uelles. In ſūma potero for-
taſſe ſcripta tua magis ꝓbare laudare q̃to tardius cautiuſq;.
Sed ipm̄ te magis amabo: magiſq; laudabo q̃to celerius & ī
cautius miſeris. Vale.

C. Pl. Gemino ſuo. S. .v.

GRaue uulnus macrinus accepit: amiſit uxorē ſingularis
exēpli etiā ſi olī fuiſſet. cū hac. xxxix. annis ſine iurgio
ſine offēſa: quā illa reuerentiā marito ſuo p̄ſtitit cū ipa ſūmā
mereret̄. Quot q̃taſq; uirtutes ex diuerſis ætatibus collegit:
& miſcuit. hēt qdē macrinuſ grande ſolatiū ꝙ tm̄ bonū tam
diu tenuit ſed hic magis orbat̄ ꝙ amiſit: nā fruēdi uolupta
tibus creſcit carēdi dolor: ergo ſuſpēſus ꝓ hoīe amiciſſio dū
admitter̄ aduocamēta & cicatricē pati poſſit: quam nihil eq;
ac neceſſitas ipſa & dies & ſacietas doloris inducit. Vale.

C. Pli. Montano ſuo Salutem. .vi.

COgnouiſſe iam ex epiſtola mea debes adnotaſſe me nu
per monumētū Pallantis ſub hac īſcriptōe: huic ſenatus
ob fidē pietatēq; erga patronos ornamēta p̄toria decrīuit &
HS. cēties qnq̃gies: cuius honore cōtentus fuit. poſtea mihi
uiſū eſt p̄ciū ope ipm̄. S. C. q̄rere. Inueni tam copioſū & effu
ſū: ut ille ſupbiſſimus titulus: modicus atq; dimiſſus uideret̄
Cōferūtq; ſe nō illi ueteres. Aphricani Achaici Numantici
ſed hii ꝓximi Marii: Sille: Pōpeii: nolo ꝓgredi longius infra
pallantis laudeſ iacebāt: urbanos q illa cēſuerant putē an mi
ſeros: ſed nemo tā miſer ē: ut illa cogat̄. Ambicio ergo & ꝓ
cedēdi libido: ſed qs adeo demēs ut per ſuū per publicū de-
decus ꝓcedere uult ī ea ciuitate: in q̄ hic eēt uſus florentiſſiæ
dignitatis: ut primus ī ſenatu laudar̄ pallantē poſſet. Mitto
ꝙ pallanti ſeruo p̄toria ornamēta offerunt̄. Quippe offerū
tur a ſeruis mitto ꝙ cenſent nō exorandū mō: uerꝝ etiam cō
pellendū ad uſum aureorū annulorū. Erat. n. contra maieſta-
tem Senatus ſi ferreis p̄torius uteretur. Leuia hæc & tranſe-

unda.Illa memorãda:ꝙ noĩe Pallantis ſenatus grãs agit cæ
ſari ꝙ & ipſe cũ ſũmo honore mentionẽ eius ꝓſecutus ẽ. Et
ſenatui facultatẽ feciſſet teſtandi erga eũ beniuolentiã.quid
enĩ ſenatui pulchrius q̃ ut erga pallantẽ ſatis gratus uideret᷑
Addit᷑ ut pallas:cui ſe oĩs pro uirili pte obligatus fateretur
ſingularis fidei:ſingularis ĩduſtriæ fructũ meritiſſio ferat:ꝓ
latus ĩperii fines redditos exercitus rei.p. credas·Aſtruit᷑ iis
cũ ſenatui populoq; liberalitatis grẽ repſẽtari nulla materia
poſſit:q̃ ſi abſtinẽtiſſimi fideliſſimiq; cuſtodis principalium
opũ facultates adiuuare cõtigiſſet.Hoc tũc uotũ ſenatus hoc
p̃cipuũ gaudiũ populi: hæc liberalitatis materia gratiſſia ſi
pallantis facultates adiuuare publicaꝝ reꝝ egeſtiõe cõtinge
ret.Iã q̃ ſequunt᷑ uoluiſſe qdẽ ſenatũ cenſorẽ dandũ & æra-
rio .HS.cẽties qnq̃gies:& q̃tũ ab eiuſmõi cupiditatibus r̃mo
tior eius aĩus eẽt tanto ĩpenſius.p̃terea publico parẽte ut eũ
cõpellere ad cedendũ ſenatui.Id uero deerat : ut cũ pallante
publica auctoritate ageret᷑ :pallas rogaretur:ut Senatui cede
ret ut illi ſupbiſſimæ abſtinẽtiæ cæſar ipſe aduocatus eẽt ne
HS.centies quinquagies ſperneret.Spreuit quod ſolum po
tuit tantis opibus publice oblatis arrogãtius faceret q̃ ſi ac
cepiſſet. Senatus tamen id quoq; ſimilis querenti laudibus
tulit his quidem uerbis.Sed cum princeps optimus:parenſ
q; publicus rogatus a Pallante eam partem ſententiæ : quæ
pertinebat ex ærario ad dandum ei.HS :centies quinquagi
es remitti uoluiſſet teſtari Senatum & ſi libenter ac merito
hanc ſententiam inter reliquos honores ob fidem diligenti
amq; Pallanti decernere cœpiſſe. Voluntati tamen pricipis
ſui cui ymaginare pallantem uelut intercedẽtem Senatus re:
obſequio:ymaginare conſulto moderantemq; honores ſu-
os :Et.HS.centies quinquagies :ut nimiũ recuſantem cum
prætoria ornamenta tanquam munus recepiſſet ymaginare

cæſarẽ libertini ꝑcibus uel potius impio corã ſenatu obtẽpe
rantẽ libertus patrono:quẽ in ſenatu rogat:imagĩare ſenatũ
uſq; q̃q; teſtantẽ merito:libenterq; ſe hanc ſũmam inter reli
quos honores pallanti cœpiſſe decernere:& ꝑſeuerat̃ fuiſſe:
niſi obſeq̃ret̃ pricipis uolũtati cui nõ ẽ fas ĩ ulla re repugna
re ita me.HS.cẽties qnq̃gies pallas ex ærario ferret.Verecũ
dia ipſius obſeqo ſenatus opus fuit ĩ hoc ꝑcipue non obſecu
turi ſi nulla re putaſſẽt fas eẽ nõ obſeq finẽ exiſtimans.Ma
nedũ & maiora accipe:utiq; cũ ſit utile pricipi benignitatem
ꝓmptiſſimã ad laudẽ ꝑmia merentiũ illuſtrari:ubi & maxĩe
locis qbus ĩcitari ad imitationẽ ꝓpoſiti reꝝ eius cure poſſẽt
& pallantis ſpectatiſſia fides atq; innocentia exẽplo ꝓuocare
ſtudiũ tam hõeſte emulatiõis poſſit:eaq;.x.Kal. Februarii q̃
ꝓxime fuiſſẽt in ampliſſimo ordine optimus priceps recitaſ
ſet.Senatuſcõſultũ de his rebus facta in ære inciderent̃:idq;
effingeret̃ ad ſtatuam loricatã diui Iulii paꝝ uiſum tantoꝝ
dedecoꝝ eẽ curiam teſtẽ.Delectus eſt celeberrimus locus ut
colẽda ꝑſentibus legẽda futuris ꝓderet̃.Placuit ære ſignari
omnes honores:faſtidioſiſſimi quoq; mancipii repudiaſſet
quoſq; q̃tũ ad decernẽtis ꝑtinet geſſiſſet:icĩſa & ĩſculpta ſũt
publicis eterniſq; monumẽtis ꝑtoria ornamẽta pallantis ſic
q̃ſi fœdera antiq̃ ſi quaſi ſacre leges tanta pricipis tanta pal
lantiſ ipſius q̃d dicam neſcio ſi uellẽt in oculis oĩum figi pal
las inſolẽtiã ſuã pacientiã cæſar humilitatẽ ſenatus nec potu
it rõnẽ ut exẽplo pallantis ꝑmioꝝ ad ſtudiũ emulatõis cæte
ri ꝓuocarẽt̃:Ea honoꝝ utilitas erat illoꝝ etiã quos pallaſ nõ
dedignabat̃.Inueniebant̃ tñ hoẽſto loco nati q peterẽt cu
perẽtq; ꝙ dari liberto ꝓmittis ſeruis uidebãt̃ q̃ iuuat ꝙ ĩ tpa
illa nõ ĩcidi:quoꝝ ſic me tãq̃ illis uixeri pudet:nõ dubito ſi
militer affici te.Scio q̃ ſit tibi uis & ĩgenuus aĩus iõ facilius
ut ẽ me q̃q̃ ĩdignatõe qbuſdã in locis fortaſſe ultra epiſtole

modum extulerim parꝝ doluiſſe ꝙ nimis credatur. Vale:

C.Pli.Tacito ſuo Salutẽ. .vii.

NEqꝫ:ut magr̃o magiſter: neqꝫ ut diſcipulo diſcipulus: (ſic.n.ſcribis)ſed ut diſcipulo magr̃ ego contra atqꝫ adeo tu in ſcholã reuocas.Ego adhuc ſaturnalia extẽdo:libꝝ miſiſti:nõ potui lõgius hyperbaton facer̃:atqꝫ hoc ĩpo ꝓbare eũ eſſe me q̃ non magr̃ tuus : ſed ne diſcipulus qdẽ debeam dici:Sumam tñ perſonam magr̃i: exerãqꝫ in librũ tuum ius quod dediſti:eo liberius ꝙ nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi in quo te ulciſcaris. Vale:

C.Pli.Romano ſuo Salutem. .viii.

VIdiſti ne aliqñ Clitũnũ fontẽ ſi nõdũ(& puto nõdũ) alioq̃ narraſſe mihi quẽ ego penitet tarditatis ꝓxime uidi.modicus collis aſſurgit antiq̃ cupſſu nẽoroſus & opacus hic ſubter exit fons & exprimit̃ pluribus uenis ſed ĩparibus eluctatus:quẽ facit gurgitẽ lato gremio patefacto purus & uitreus:ut nũerare iactas ſtipes & r̃lucentes calculos poſſis:Inde nõ loci deuexitate ſed ĩpa ſui copia & q̃ſi põdere ĩpellit̃ fons adhuc etiã ampliſſimũ flumẽ:atqꝫ etiã nauiũ patiẽs eodẽ quo emerat ĩſtruxit pluris & antiq̃ſſimis ſtatuis:tm̃ illi pulcherrimoꝝ opeꝝ in horreis q̃ negligebat inuicẽ:tu ſi qd iſtic epiſtola dignũ ne grauer̃:nã cũ aures hominum nouitate letant̃ tũ ad rõnem uite exemplis erudimur

C.Pli.Maximo ſuo Salutem. .ix.

ET gaudiũ mihi & ſolatiũ in lr̃is nihilqꝫ tam letũ:quod his letius:tã triſte:ꝙ nõ p has ſit minus triſte:itaqꝫ & ĩfirmitate uxoris & meoꝝ periculo:quorũdam uero etiam morte turbatus ad unum doloris leuamẽtũ:ſtudia cõfugi: quæ p̃ſtant ut aduerſa magis intelligam :ſed pacientius feram.Eſt autem mihi moris ꝙ ſum daturus in manus hominum ante amicorum iudicio examinare imprimis tuo:

ꝓinde ſi qñ:núc intende libꝝ meũ quẽ cũ hac epiſtola acci pies.qa uereor ne ipſe ut triſtis paꝝ intenderim:impare.n. dolori ut ſcriberẽ potui:ut uacuo aĩo:letoqꝫ non potui por ro ut ex ſtudiis gaudiũ ſic ſtudia hilaritate ꝓueniunt.Vale

C.Pl.Gallo ſuo.S. .x.

AD q̃ noſcẽda iter ĩgredi tranſmitterẽ mare ſolemus ea ſub oculis poſita negligimus : ſeu qa ita natura cõpa tum ut ꝓximoꝝ ĩcurioſi lõginq̃ ſectemur:ſeu ꝙ oĩum reꝝ cupido cũ facilis occaſio ſeu ꝙ differimus tanq̃ uiſuri quod dat᷑ uideri quotiẽs uelis cernerẽ:q̃cunqꝫ de cã ꝓmulta ĩ nr̃a urbe iuxtaqꝫ urbẽ non oculis mõ ſed ne auribus qdẽ noui mus:q̃ ſi tuliſſet Achaia:ægiptus :Aſia: alia ue q̃libet mira culoꝝ ferax cõmẽdatrixqꝫ terra *audita plecta luſtrata* habe remus:ipe certe nup ꝙ nec audierã añ nec uiderã audiui pa riter & uidi.Exegerat ſocer meus ut amerina p̃dia ſua inſpi cerẽ:hæc perãbulanti mihi oñdit᷑ ſubiacẽs lacus noĩe Vad monis:ſimul q̃dã ĩcredibilia narrant᷑ pueni ad ipm:lacus ẽ in ſimilitudie iacẽtis rotæ:cõſcriptus & undiqꝫ eq̃lis:nullus ſinus:obliqtas nulla:oĩa dimẽſa paria & q̃ſi aurificis manu cauata & exciſa:color cerulo albidior uiridior & p̃cioſior: ſulphuris odor:ſaporqꝫ:medicatus uis q̃ fracta ſolidantur. ſpaciũ modicũ quod tñ ſẽtiat uẽtos & fluctibus intumeſcat nulla ĩ hoc nauis(ſacer.n.)ſed artane ĩſulæ herbidæ mõteſ harũdĩe & iũco:q̃qꝫ alia fecũdior palus.ipaqꝫ illa extremitaſ lacus effert:ſua cuiqꝫ figura uel modis cunctis margo dera ſus qa frequẽter uel litore uel ſibi illeſe terũt:terũt᷑qꝫ:par oĩ bus altitudo:par leuitas qppe in ſpẽm carine humili radice deſcẽdunt.Hæc ab omni laterẽ pſpicit᷑ eadẽqꝫ ſuſpẽſa piter & merſa interdũ iuncte & copulate & incõtinẽti ſũt:ĩterdũ diſcordantibus uentis digeruntur. nonnunq̃ deſtituta:&

tranqllitate ſingule fluctuant ſæpe minores maioribus ue
lut Corbule onerariis adhereſcent: ſæpe īter maiores mīo
reſq; q̃ſi curſum certamēq; deſumūt. Rurſus oēs in loco ap
pulſe q̃ ſtatere ꝓmouēt terrā: & mō hac mō illac lacum red
dūt auferuntq;: ac tū demū cū mediū tenuere nō trahuntur
Cōſtat pecora herbas ſecuta: ſic in īſulas illas ut ī extremā
ꝓcedere ſoleñ prius ī tellure mobile ſolū q̃ litori abrepta q̃-
ſi illata & īpoſita circūfuſum undiq; lacū paueāt: mox quo
tulerit uētus egreſſa non magis ſed deſcēdiſſe idē lacus in
flumē erigit̃: quod ubi ſe pauliſꝑ oculis dedit ſpecu emer-
git̃ alteq; conditū meat ac ſi qd añq̃ ſubduceret̃ accepit ſer
uat & ꝓfert. Hæc tibi ſcripſi nec minus ignota q̃ mihi: nec
minus grata credebam. Nam te quoq; ut me nihil eque: ac
nature opera delectant. Vale.

C. Pli. Arriano ſuo. S. .xi.

VT ī uita ſic in ſtudiis pulcherrimū & hūaniſſimū ex
iſtīo: ſeueritatē comitatemq; miſcere: ne illa in triſti
tiam: hæc in petulantiam excidat: qua rōne ductus grauio
ra opa luſibus iociſq; diſtīguo: ad hos ꝓferēdos & tp̄us &
locū oportuniſſimū elegi: ut q̄ iā nunc aſſueſcerēt & ab ocio
ſis & ī triclinio audiri Iulio mēſe (quo maxīe lites īterquieſ
cunt) poſitis añ lecto cathedris aīcos collocaui forte accidit
ut eodē die mane ī aduocationē ſubitā rogarer: ꝙ mihi cau
ſam ꝓloquēdi dedit. Sū. n. dep̄catus: ne qs ut ī reuerentem
opis argueret quod recitaturus q̃q̃ & amicis & paucis idē
iteꝝ amicis foro & negociis non abſtinuiſſē. Addidi hunc
ordinē me in ſcribendo ſequi ut neceſſitates uoluptatibus:
ſeria iucundis ſimul ferrem ac primum amicis: tum mihi
ſcriberē liber fuit & opuſculis uarius & metris. Ita ſolemus
q ingenio parū fidimus ſacietatis periculū fugere. Recitaui

biduo hoc .Aſſenſus audientium exegit :& tñ ut alii quæ
dam reputant q̃ quod tranſeat ſit nil p̃tereo atq; etiã nõ p̃
terire me dico:lego.n.oĩa ut oĩa emendẽ:quod contingere
nõ poteſt:electa recitantibus ad illud mõ ius & fortaſſe re
uerentius:ſed hoc ſimplicius & amantius. Amat.n.q ſe ſic
amari putat ut tediũ nõ ꝑtimeſcat & alio quicq̃d p̃ſtant ſo
dales ſi cõueniunt uoluptatis ſue cauſa deligatus ac ſimilis
ignoto eſt:q amici libꝝ bonũ mauult audire q̃ facere.Non
dubito cupe te pro cætera mei caritate q̃ maturiſſime legere
hũc adhuc muſteũ libꝝ legis:ſed retractũ:quæ cã retractan
di fuit & tñ nõnulla iã ex eo noſti.Hæc emẽdata poſtea ut
quod interdũ lõgiori mora ſolet deteriora facta q̃ſi noua
rurſus & reſcripta cognoſceres. Nã pleriſq; mutatis ea quo
q; uidentur quæ manent.Vale.

C.Plí.Geminio ſuo Salutem: .xii.

NOſti ne hos q omniũ libidinũ ſerui ſic aliorũ uiciis
iraſcunt̃:quaſi ĩuideant:& grauiſſime puniũt quos
maxĩe imitant̃.Cũ eos etiã q nõ indigẽt clemẽtia ullius ni
hil magis q̃ lenitas deceat.Atq; ego optimũ & emendatiſſi
mũ exiſtimo:q cæteris ita ignoſcit:tanq̃ ip̃e quottidie pec
cet ita peccatis abſtineat tanq̃ nemini ignoſcat.Proĩde hoc
domi:hoc foris:hoc in oĩ uite genere teneamus ut nobis ĩ
placabiles ſimus exorabiles(iſtis etiã)q dare ueniã niſi ſibi
neſciũt.Mandemuſq; memorie ꝙ uir mitiſſimus & ob hoc
quoq; maxius Traſea crebro dicere ſolebat.Qui uicia odit
hoĩes odit.q̃ris fortaſſe ꝙ cõmotus ſcribã. nup q̃dam(ſed
melius corã)q̃q̃ ne tũc q̃dẽ.uereor.n.ne id quod improbo
eos ſectari carpe fere huic quod cum maxĩe p̃cipuus repug
nat.Quiſqs ille q̃liſcũq; ſileat̃ quẽ inſignire exẽpli niſi nõ
inſignire humanitatis plurimum refert.Vale.

C.Pli.Marcellino ſuo.S. .xiii.

OMnia mihi ſtudia.omnes curas:omnia aduocamē
ta exemit:excuſſit:eripuit:dolor quem ex morte Iu
nii Auiti grauiſſimum cœpi. Latum clauū in domum meā
ĩduerat .Suffragio modo adiutus ĩ petendis honoribus fu
erat. Ad hoc ita diligebat ita uerebatur :ut me formatore
morum:me quaſi magiſtro uteretur: Rarum hoc in adoleſ
centibus noſtris.Nam quotus quiſq; uel ætati alterius: uel
autoritati ut minor cedit.Statim ſapiunt:ſtatim ſciunt om
nia.Neminem imitant᷑ atq; ipſi ſibi exempla ſunt.Sed nō
auitus cuius hæc p̃cipua erat prudentia:ꝙ alios prudentio
res arbitrabat᷑ :hæc precipua eruditio ꝙ diſcere uolebat.Sē
per ille aut de ſtudiis aliquid: aut de officiis uitæ conſule-
bat.Semper ita recedebat ut melior factus & erat factus uel
eo quod audierat uel quod omnino queſierat . Quod ille
obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit.Quem le-
gatum *Tribunus ita dilexit & cepit* ut ex Germania ĩ Pan
noniam tranſeuntem:non ut cōmilito :ſed ut comes aſſec-
tatorq; ſequeret᷑ .Qua induſtria:qua modeſtia quæſtor cō
ſulibus ſuis & pluribus habuerit nō minus iucundis & gra
tus q̃ utilis fuit? Quo diſcurſu: qua uigilantia hanc ipſam
ædilitatem cui præceptus eſt petiit:quod uel maxime dolo
rem meum exulcerat obuerſant᷑ oculis Caſſii labores:& in
fructuoſi p̃ces & honor quem meruit. Tantum redit anio
ille latus clauus in penatibus meis ſumptus . Redeunt illa
prima:illa poſtrema ſuffragia mea:illi ſermones:ille conſul
tationes: afficior neceſſitudine caſu . Erat illi grandis natu
parens erat uxor quam ante annum uirginem acceperat:
erat filia quam pauloante ſuſtulerat : tot ſpes : tot gau-
dia dies unus in aduerſa conuertit.M. deſignatus edilis.

Recens maritus :recens pater: intactum honorem :orbam matrem:uiduam uxorem:filiam pupillam ignaram aui pa tris reliquit.Accedit lachrimis meis:ꝙ abſens & pendentis mali neſcius pariter egrum pariter deceſſiſſe cognoui ne gra uiſſimo dolori ipſe conſueſcerem.In tantis tormētis eram cum hæc ſcriberem. Sola neq; enim nunc aliud aut cogita re aut loqui poſſum. Vale.

C.Pli.maximo ſuo Salutem. .xiiii.

AMor in te meus cogit nō ut precipiam: neq; enim preceptore eges.admoneā tñ ut q̄ ſcis teneas :& ob ſerues aut neſcire melius.Cogita te miſſū in ꝓuintiā Acha iam illā uerā & uerā græciam:in qua primū humanitatis lit teræ & fruges inuentæ eſſe creduntur. miſſum ad ordinan dum ſtatum id eſt ad homines maxime liberos: qui ius a natura datum:uirtute meritis:amicitia fœdere deniq; & re ligione tenuerunt .Reuerere gloriā ueterē:& hanc ipam ſe nectutem:quæ in homine uenerabili ſacra eſt . Sit apud te honor antiquitati.Sit in gentibus factis. Sit fabuliſ quoq; Nihil ex cuiuſq̄ dignitate.Nihil ex libertate.Nihil ex cuiuſ q̄ iactatione decerpſeris. Habe ante oculos hanc eſſe terrā: quæ nobis miſerit iura:quæ leges non inuitis :ſed petenti bus dederit.Athenas eſſe quas ad eas Lacedemonem eſſe: quam regas quibus reliquam umbram & reſiduū libertatis nomen eripere durū ferum barbarum eſt.Vides a medicis: quanq̄ in aduerſa ualitudine nihil ſerui ac liberi differant: mollius tamen liberos clementiuſq; tractari.Recordare q̄d quæq; ciuitas fuerat:nō ut deſpicias quod eſſe deſierat.Ab ſit ſupbia aſpitas nec timueris conteptū.an contēnit qui ī periū q faſces habet:niſi mobilis & ſordibus & q ſe primuſ ipe contēnit.male ui ſuā portās alioꝝ cōtumeliis experitur

Male terrore ueneratio acquiritur longeq; ualentior amor
ad optinendũ quod uelis q̃ timor .Nam timor abit ſi rece
das:manet amor.At ſicut ille in odium hic in reuerẽtiam
uertitur.Te uero etiam atq; etiam repetam enim meminiſſe
oportet officii tui titulum ac tibi ipſi interp̃tari quale q̃tũ
cunq; ſit ordinare ſtatum liberarum ciuitatũ. Nam qd or
dinatione ciuilius? quid libertate precioſius? porro q̃ turpe
ſit ordinatio euerſione libertas ſeruitute mutetur? Accepi
quod tibi certamen eſt tecum onerat te : Quæſturæ tuæ fa
ma quam in Bithinnia optima reuixiſti onerat teſtimoniũ
principis:onerat principatus : p̃terea atq; hæc ipſa legatio
quaſi premium data.Quo magis interdũ eſt ne in longi
qua ꝓuintia q̃ in ſuburbana:ne inter ſeruientes q̃ liberos:
ne forte q̃ iudicio miſſus ne rudis & incognitus q̃ explora
tus probatuſq; humanior melior peritior fuiſſe uidearis cũ
ſit alioq ut ſæpe audiſti ſæpe legiſti:multo deformius amit
tere:q̃ nõ aſſequi laudem . Hæc uelim credas :quod initio
dixi ſcripſiſſe admonentẽ non p̃cipientem quanq̃ p̃cipien
tem quoq;.Quippe non uereor in amore ne modum exceſ
ſerim.Neq; enim periculũ eſt.ne ſit nimium quod eẽ maxi
mum debet.Vale

Abſolutum opus epiſtolarum.C.Plinii Iu
nioris Neapoli . Milleſimoquadringenteſi
moſeptuageſimoſexto.menſe Iulii.
Impreſſit Mathias Morauus uir ſingulari ĩ
genio:& arte. Recognouit Iunianus maius
parthenopeus rhetor publicus ſumma cura
ſummaq; diligentia.